DISSERTATIONE INAVGVRALI

DE

SVEVIAE TRIBVNALI S. R. I. AVSTRIACO,

Dem Kayserlichem Landgericht IN QVADRVRBE



PRÆSIDE

IOANN. PETRO DE LVDEVVIG,

FRIDERICIANAE CANCELLARIO,

POTENTISS. PORVSS. REG. A CONSILIIS INTIMIS ET IN REGIMINE ATQVE CONSIST. DVCATVS MAGDEBVRGICI, ORDINIS ICTORVM PRÆSIDE VICARIO, PROFESSORE IVRIVM ET HISTORIARVM,

DOMINO IN BENDORF, PREZ, GATTERSTAET, RELIQVA,

AD CAPESSENDA PRIVILEGIA ET HONORES IN IVRISPRVDENTIAE STVDIO SVPREMOS,

RESPONDEBIT

IOANN. DAVID KNOLL,

RAVENSPVRGENSIS.

DIE XXIV. MENS. NOVEMBR. CIↃ IↃCCXXV.

HALAE VENEDORVM, typis IO. CHRIST. HILLIGER, typogr. Aca



DE
SVEVIAE
LANDVOGTEIA
SIVE
JUDICIO PROVINCIALI,
Dem
Kayserlichen
Schwäbischen Landgericht.

PAtrii iuris & sermonis nomen est LANDVOGTEIA (*die landvogtey*). Quem enim Latini *praefectum* aut præsidem dixere; illum Germani *uogtum*. Corrupto demum iudicio medii aeui scriptores *aduocatum* uertērunt, ob litterarum uiciniam. Nam *uogti* nomen *iudicis* est, *aduocati* sparta partis. Est igitur *landuogt* idem, quam *praeses prouinciae*; *landuogteia* eadem, quam praesidis prouinciae *iurisdictio* & *potestas*, *die Landuogtey*.

ETYMON uerbi LANDVOGT

Scultε *aduocatus*

§. II. Licet autem, medii aeui usu, *landuogt* idem, quam, *praeses*, *iudex*, *comes prouincialis*: addi tamen solet in *Suevia* praeterea *comitis* nomen, ut, uulgi sermone, audiat *comes Sueuiae prouincialis*, in plurium uerborum complexu, *der* GRAVLANDVOGT.

Vnde GRAVLANDVOGT.

§. III. Et quemadmodum comes prouincialis *der* GRAVLANDVOGT potestatem habet: ita *iurisdictio* LANDVOGTEIAE est penes peculiarem *iudicem* siue *praetorem*, qui in uernacula audit: *der Kayserliche landrichter in dem Schwäbischen landgericht oder der Landvogtey*. *Primus* esse solet *persona illustris*, dignitate *comitis* pluri-

Ab hoc differt: *der* LANDRICHTER.

A

plurimum conspicua (*aus dem herrenstand*): sed *alteri* sufficit, *iura* nosse. Qui ideo esse etiam potest ex ordine ciuium inferiori. *Vltimus* sententiam fert; quam *primus* exequitur manu fortiori, ab ultimo requisitus. Cui praeterea rerum aliarum summa demandata est in *Austriacis* Sueuiae ditionibus idque ab *Austriaca domo* atque sparta prorsus singulari.

Definitio *Sueuicae landuogtiae.*

§. IV. Est igitur SVEVIAE LANDVOGTIA *tribunal generale prouinciae uniuersae, instructum iurisdictione concurrente cum iudicibus ordinariis atque iure recipiendi, ab his quoque factas prouocationes.* Duo nempe sunt, quae penes *iudicem prouincialem* (*dem landrichter*). Vnum, quod, instar *Caesareorum missorum*, omnes caussas per Sueuiae oras uniuersas suscipere queat, in *prima* etiam *instantia*, sitque cum omnibus iudiciis & magistratibus in rei *iudiciariae*, quadam societate, ut cuique parti sit liberum, uel coram *iudice prouinciali* agere uel coram, *magistratu ordinario & singulari*: alterum uero, quod, si ab inferiori iudice iustitia sit negata aut protracta, tum causa ad *indicem prouincialem*, *den landrichter* possit deuolui.

De CONCVRRENTE *iurisdictione* LANDVOGTIAE in Sueuiae ducatu.

§. V. Vtrumque facile est ad intelligendum E CODICE LEGVM SVEVIAE PROVINCIALIVM (*der Schwäbischen Landgerichts-Ordnung*). Nam de *concurrente iurisdictione* iudicis prouincialis, cum inferiori quouis iudice aut magistratu, agitur in *part. II. tit. 4.* his quidem uerbis: *und dieweil in diesem* LANDGERICHT, *als einem ordentlichem mitlauffendem Gerichts-Zwang* (id est concurrente iurisdictione) *gegen den andern ordentlichen Obrigkeiten die praeuention und* VORGANG DER GERICHTS-ÜBVNGEN *statt hatt: so mögen die sachen, so also* an-

anhängig gemacht , *alda ausgeführet und erörtert werden.* Hinc , quod statim additur , si *praeuentio* coram *iudice ordinario* fuerit probata a parte : tum causa debet ad illum a *prouinciali iudice* remitti neque audiri aut suscipi ab eodem. Est ergo in arbitratu *actoris* in *Sueuia* : utrum iudicem malit eligere *magistratum* suum ? an uero *prouincialem praetorem* , *den allgemeinen landrichter* ? Quod se tamen elegerit alterutrum ; tum causa , ubi coepta est semel, ibi etiam debet finiri, excluso prorsus iure poenitentiae & mutabilitatis. Fuerat enim hoc in patrio iure omnino singulare ; quod, iuxta territorii *iudices singulares* , imperator sibi sumeret hoc , praeterea iudices delegare *concurrentes* , quos adpellauit *regales missos* : ut adeo *iurisdictio concurrens esset* , quaqua patuit Germania uniuersa. Contra in Latio, ubi *iurisdictio concurrens* fuerat nonnisi rarissima aut , quod magis est credibile, patrio sensu (*ein ordentlich mitlauffender Gerichts-Zwang*) exulauerat prorsus in Romanis prouinciis. Nam alia longe ratio est *iurisdictionis cumulatiuae* , quod, Caesare aut eius uicario praesente , quiescere uidebatur iurisdictio magistratuum siue officialium , uti definite Paulus in *l. 58. iudicium D. de iudiciis*, si quidem uoluerint ipsi causas diiudicare. Quod nostris moribus tum est inconcinnum ; si alicui *iurisdictionis* concessa *proprietas* , quasi *dominium* , quod plerumque fit iure beneficiario siue *feudali*. Tum enim *iurisdictio patrimonialis* , concessa *priuatiue* ; non cumulatiue. Inde causae a iurisdictionis domino nequeunt uel auocari uel ad eundem deferri saltu. Quantum scilicet abest, imperatori fas esse , in territoriis principum iurisdictionem exercere ; *ossibus territorii* adfixam

xam *priuamus*. Paulo igitur aliter in Sueuia, ubi iudicis prouincialis (*des landrichters*) iurisdictio est perpetuo ac ubiuis cum ordinariis magistratibus concurrens. Quale exemplum uix alibi inueneris per uniuersam Germaniam.

De provocatione ad landvogtiam.

§. VI. Quamuis de *appellationibus* nihil in codice legum deprehendatur, cum hae deuoluantur a Sueuiae ordinibus & magistratibus ad IMPERIALE TRIBVNAL ROTHWEILENSE, quod ideo *curia adpellationis audit*, cui nihil cummune cum LANDVOGTIA, cum huius sit iurisdictio *concurrens*; reperitur tamen illud: quod, si iudices ordinarii uel *iustitiam negent* parti uel *protrahant* uel minus latam sententiam exequantur: tum quidem uia pateat ad nostram landvogtiam. Ita enim in *parte II. tit. 5. von den landgerichts-ehehafftinnen*. clare definitur; fundamentum esse *landuogthiae* iurisdictionem: *Wann dem Kläger Rechts verholfen, und der Antwvorter der gefallnen Urthel nicht nachkäme, so wväre ihm vom Landgericht zur execution verhelfen.* Porro; *Wann einem das Recht kundtlich versaget oder verzogen wvird.*

Fines iurisdictionis landvogtiae per Sveviam superiorem & inferiorem.

§. VII. FINES iurisdictionis LVNDVOGTIAE nostrae patent per SVEVIAM uniuersam, Descripti in CODICE LEGVM *part. I. tot. I.* limites his nominibus ac uerbis: *Erstlich richtet das Landgericht über die* DONAV; *biss an das Land* WÜRTENBERG. *Und biss an den* LECH. *Dem Lech nach hinauf gen* REITTI *an die Brüggen. Darnach hinüber auf* TANNHAIM *an die* GRAVENBÜNDT *zu Anfang des Schwveizerlandes. Folgends gen* CONSTANZ *Auch hierüber auf* STOCKACH. *Und von dannen so wveit sich der* GEZIRCK *des* SCHWEIZERLANDES *erstrecket. Und hat der Landrichter einen* MITLAVFFENDEN GERICHTS-ZWANG *und*

und iurisdictionem concurrentem. Auch, in krafft derselben, den eingesessenen Ständen zu gebiethen und zu verbiethen. Gleich bey andern KAYSERLICHEN LANDGERICHTEN *herkommen.* Vnde facile ad intelligendum est, quas habeat ditiones tribunal hoc prouinciale in suo complexu. Disputant quidem WVRTENBERGICI iuris interpretes: utrum formula, *biss an das land Würtenberg*, sit accipienda, ut includat ducatum, an uero excludat eundem. Qua de re egit *dn. praes. de praerogatinis Würdenbergicis sect. II c. 2. §. 8. litt. xx. † p. 68.* Vti uero *Würtenbergicus dux* ab hoc tribunali *landuogtiae* priuilegio est tutus: ita dubitare nemo potest, eundem maiora subinde accepisse incrementa, ut adeo nouum hic dubium emergat, num *leges finales* landuogtiae intelligi debeant de temporibus uetustis, an uero nouellis huius aeui.

§. VIII. Licet autem tam late puteant per *Sueuiam* uniuersam *landuogtiae* nostrae *leges finales* ac limites: est tamen singulare illud; quod, non nisi in quatuor *urbium* campis aut curiis, sibi admodum uicinarum, *iudicium* hoc *prouinciale* possit institui, exerceri, dari ac reddi. Scilicet in tribus S R. I. addictis unice ciuitatibus, RAVENSBVRGAE; WANGAE; ISNAE; &, in Austriaci principatus oppido, ALTDORFIAE. Nam huius nomen uetustate ita est obliteratum; ut, uulgi usu, malint illud ab eius *coenobio* adpellare WEINGARTEN; quam principe uoce uti, ALTDORF. Sede illa *Guelficorum* principum, quorum fortunae & uirtutes, in nostri aeui BRITANNIARVM MONARCHA superant vere omnium mortalium, inde ab orbe condito, sortem. Verba CODICIS LEGVM *part. I. tit. 5.* sunt haec:

QVADRVRBS huius LANDVOGTIAE.

haec: *die landgericht söllen, vvie von alters herkommen, und es auch dieser Zeit im Gebrauch, in den folgenden dreyen* REICHS - STAEDTEN 1) RAVENSBVRG 2) WANGEN, *und* 3) YSNI, *und dann in dem flecken* ALTDORF, *genannt* WEINGARTEN, *gehalten vverden,* QVADRVRBEM inclusimus & delineauimus ideo in tabella, quam suspendimus in opusculi latere primo. Neque enim QVADRURBIS uerbum, disputatum alias inter uiros eruditos, a nostro instituto habuimus alienum: quoniam reddi hoc iudicium nequit in aliis Sueuiae oppidis, maximis licet & celeberrimis; ut adeo QVADRVRBIS (*) finibus adfixum esse videatur.

(*) Non est, quod offendat te uerbi insolentia. Nam ita de hac uoce nomenclator antiquus & doctus *Sext. Pomp.* FESTVS de uerborum significatione: QVADRVRBEM *Athenas Attius adpellauit, quod scilicet ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt* 1) *Braurone* 2) *Eleusine* 3) *Piraeeo* 4) *Sunio.* Ridet ideo & exsibilat SCIOPPIVS Tullium, quod *lib. VII. epist. 3. ad Atticum*, nesciuerit *Piraeeum* esse urbis Atheniensis partem aut in numeris oppidorum. Quare male hac formula usus sit: *Ire in Piraeeum*, cum, urbis ergo, *in* particula fuerit omittenda. Refellit hac occasione Festum VOSSIVS *in Grammat. lib. VII. c. 42. p. 147.* quasi nesciuerit *quatuor* Atticae ciuitates τετράπολιν, id est, quadrurbem audire, quod illis tum constiterit 1) *Oenoë* 2) *Probalintho* 3) *Tricorytho* 4) *Marathone.* Sed cum idem decennio ante notauerit in Festo MEVRSIVS *de fortunis Atheniensium cap. 3. p. 17.* primus illud debere uidetur ultimo. Verum uti graue mihi est, fidem detrahere Festo: ita putauerim, non alienum a ueritate; & *Atticam* & *Athenas* celebrare nomine *quadrurbis.* Quis enim perhibuerit; quatuor *Athenarum* urbes uel Festum uel Attium finxisse gratis & recensuisse earundem nomina? Deinde *Piraeeum* oppidum portumque fuisse, Athenis adiunctum clausumque muro ac moenibus, illud quidem nemini potest esse ignotum. Quid quod non frustra sit uenerabilis BEDAE coniectura; *Athenas* ideo in *plurali*, in singulari uero *Athenam* nunquam dici, quod plurium urbium una compages. Sed de his cursim & extra oleas. Cum nobis satis sit: quadrurbem & prouinciam dici posse & tribunal, quatuor urbibus solenne tantum.

§. IX. Cum

§. IX. Cum itaque QVADRVRBS sit definita lege in *iudicio* hoc *prouinciali* exercendo; noli hærere, quod alia tamen loca quoque eidem tribunali olim fuerint adsignata in libellis. Est enim principio hoc quondam testatum satis; quod iudicium prouinciale Sueuiae celebratum *auf der Leutkircher heide.* Quod ibidem sub dio institutum ac redditum si haud dubie. Verum ex quo LEVTKIRCHAE, in urbe imperiali, florente adhuc, ciues desiderati, patria iura docti, ut essent in tribunali *adsessores*; hic locus commutatus est cum oppidulo ISNA. Testis est *Ernest.* GOCKELIVS *de iurisdict. art. 4. §. 2. p. 29. Isnam* (iudicium prouinciale) *translatum 1512. ob defectum adsessorum Leutkirchanorum, quae ciuitas, auf der leutkircher heide, olim iudicium celebrabat.* Idem forte contigit cum locis istius uiciniae aliis *Nellenburgo, Rauchwveiler, Frauenfeldt*, ceteris. Nam etiam his locis alicubi olim tributa habiti *prouincialis iudicii* huius celebritas. Hodie porro, errare huc illuc, non licet, cum QVADRVRBS definita nunc nominibus ac locis publica lege.

Sed quid de LEVTKIRCHA & aliis ?

§. X. Cum uero hoc *tribunal* sit *prouinciale*, commune Sueuiae uniuersae, illud potest omnino requiri: quapropter sit illius officina ac diribitorium adfixum soli QVADRVRBI? Crediderim datum hoc esse gratiae ac honori LANDVOGTII siue praesidis Sueuiae prouincialis, qui sedem quondam habuit in istius orae uicinia ac monte, qui *Rauensburgo* contiguus instructusque olim castro ac arce, quam nominarunt *die* BVRGHALDEN; *den* BVRGBERG. Licet autem *arx Landuogtii* perierit olim incendio: nomen tamen iuraque, *landuogtio* addicta, retinet adhuc. Qui mons etiam

Qui hoc *iudicium* non sit *ambulatorium* per *Sueuiam* VNIVERSAM?

etiam dicitur *S. Viti*, a templi, quod hodieque ibidem superest, tutelari. Ad hoc enim adscendere & uisere solent, sacrorum & reliquiarum ergo, homines pontificii etiamnunc. Taceo, quod ab hoc *landuogtio* siue *comite prouinciali Rauensburgum* nomen creditur ferre, quasi GRAVENSBVRGVM & infra montem patens longe planities GRAVENAV siue, ut barbaries omnia miscet, *Trauenau*. Imo socerum Caroli M. Sueuorum ducem, *Hildebrandum*, (Childebrandum) patrem *Hildegardis* habitauisse ibidem & rexisse Sueuiam, sermone hominum celebratur & inde confectorum annalium. Qua de re plenius *Guelfici historiographi*, quos in gratiam maiorum suorum alere solet MAGNAE BRITANNIAE MONARCHA. Quod cum ita sit, mirum non est, Sueuiae *sedem principem* hic fuisse & QVADRVRBI uicinae datum honorem *sacri tribunalis*, quo conferre se debuerant partes litigatrices,

De FORIS tetraconduogtiae singularibus

§. XI. Sed operae pretium est, agere de *tetrapoli* siue *quadrurbe forensi* sigillatim. *Primum* huic tribunali *forum* instruitur RAVENSBVRGAE, in memoriam atque honorem pristinae sedis principalis, quod modo diximus in segmento praecedente. Succedit huic *alterum* WANGAE, quae ciuitas se pariter commendat uetustate, a *Vangonibus*, quod dicunt, denominata, *Imperio* non minus addicta sine domino intermedio. Distat uix unico *milliari* a Rauensburga indeque haud dubie *fori* iure fruitur in Sueuicae prouinciae tribunali. Sequitur tertio loco ISNA, imperialis urbs, cognominata ab *Isna* flumine praeterlabente. Vt adeo non opus sit coniecturis inanibus ab *Iside* dea aut *ferrifodinis*, in uernacula *Eisen*. Forum landuogtiae tum demum

1) RAVENSBVRGAE.
2) WANGAE.
3) ISNAE.

demum accepisse *Isnam*, postquam *Leutkirtha*, ciuitas imperialis, esse cepit impar dandis adsessoribus iudicii, patria iura doctis; illud quidem est, quod scripsimus §. 9. Claudit demum *quadrurbem* ALTDORFIA, alio, sacri scilicet collegii, nomine adpellata *Weingarten*: *uerbo* enim locus hic differt, non *re* ipsa. Verum, uulgi usu, ALTDORFIAE adpellatio exoleuit, quam nescit ille, adsuetus sacri tantum collegii nomini WEINGARTEN adhuc. Quod omnino dolendum & incusanda aeui posterioris incuria. Nam *Sueuiae* dynastae antiquissimi *Guelficae* stirpis *Altdorfiae* fixerant sedes, unde, usu ueteris aeui, comites dicti ALTDORFENSES Qui etiam locus a *uetustate* accepit nomen auditque ideo in uernacula *Altdorf*, id est, uilla *uetusta*. Licet autem *Altdorfia* neque in numeris sit ciuitatum imperialium neque urbis aut oppidi ferat nomen: meretur tamen locum in QVADRVRBE FORENSI Principio enim elucet hoc castrum uetustate: deinde Sueuiae dynastarum ueterrimorum fuit sedes; tum hodieque plures Sueuiae magnates & familiae illustres hic locum fixere: praeterea domicilium colit hodieque ibidem cum *graulanduogtius*, praeses prouincialis, tum Austriacarum Sueuiae ditionum praefectus supremus, *der Ammann*. Vt adeo plures causae sint, quare *fori prouincialis* honor *Altdorfiae* siue *Weingartae* nequeant inuideri. Licet, cum tria priora loca *imperiales urbes* sint: *Altdorfia* contra *Austriacis* pareat acquiescatque nomine *uillae*, *eines Marckfleckens*. Cui, praeter moenia ac muros, nihil fere deest ad rationes ciuitatis. In scriptoribus *Brunsuicensibus* de *Altdorfia* & *Weingartae* finitimo sacro collegio scriptores collecti ac editi singulares.

4) ALTDORFIA siue WEINGARTEN.

B §. XII.

TEMPORA prouincialis iudicii MENSTRVA. §. XII. Noli tamen, exiſtimes, quotidie haec PRAETORIA SVAEVIAE prouincialia patere partibus. Nam in QVADRVRBE ſingulis quidem *menſtruis* ſpatiis ſolent aperiri. *Diebus* quidem, quorum nomina in annuis *faſtis* ſignare ſolent ſigillatim atque typis exprimere; ut conſtent tempora uniuerſis Sueuiae incolis litigatoribus. Ita enim CODEX LEGVM habet *part. II. tit. I. p. 43. die landgericht ſollen durch ein ieden landrichter angeſetzt, auch durch ihn die Zeit derſelben benennet, und auf iedem landgericht (vveil zu handeln gemainlich nur allein eine, und nehmlich die erſte ladung ausgehet und ſich die nachgehende termin von landgericht zu landgericht, nach und nach erſtrecken) das nechſtfolgend landgericht, durch den landgerichts - botten iedesmahls ausgerufft vverden. Und damit über das ſolches landgericht hinführo menniglich bevvuſt, auch zu verhütung nachtheils und ſchadens kundtbar gemacht, ſollen die, immaſſen die hofgericht zu Rotvveil, auf gevviſſe täg beſtimmt, und eines ieden Iahres beſonder in truck gegeben vverden. Doch daſs dieſelben zu vier vvochen angeſetzt, und an ieder der benannten vier malſtätten iedes Iahrs nit über zvvölff landgericht gehalten vverden. Es vväre denn, daſs unverſehener dingen, ſachen fürfielen, allda periculum in mora, und die Sachen bis zum nechſten landgericht, ohne ſondern nachtheil und ſchaden ſich nit vvohl auffſchieben lieſſen. Alsdann nach gutachten eines landrichters auf der partheyen begehren, ein gericht verſammlet, und die nothvvendigkeit verrichtet vverden mag. Derohalben ein ieder landrichter ſich, vor benennung ſolcher landgerichts - täge, mit ieden obrigkeiten, in den vier malſtätten, bequemer und geraumter rechts-tag, zu hal-*

haltung solcher landgericht vergleichen und fürnehmen. Die folgend, vor oder in eingang des neuen jahrs auf einen bogen pappier sämtlich drucken lassen, und nicht desto weniger von des gemeinen manns wegen, der die landgericht besuchet, und etwan des lesens nit berichtet, obberührter gebrauch, mit ausschreibung derselben landgericht gehalten werden. Damit also männiglich wissen möge, auf welchem tag oder zeit im gantzen jahr landgericht seyn, und die partheyen nicht mit kosten und unstatten dieselben erfahren dörffen. Welches dann auch darzu dienstlich, da die Partheyen auf ihrer gegentheil für-und einbringen bedacht, zug und tag bis zum andern landgericht nehmen. Hactenus uerba legis prouincialis.

§. XIII. Vti *fora iudiciaque* Graeciae & Latii exercebantur sub dio: ita etiam *Sueuiae* hoc *tribunal prouinciale* non sub tecto uel in aedibus instituendum, uerum in uicino quoque campo *quadruuis* ad regiam uiam. Partim, vt tangerentur iudices aliquo numinis sensu, solis ac coeli conspectu; partim, ut populo uniuerso pateret aditus ad audiendum & cognoscendum, qua trutina & lance uterentur antistites tribunalis in reddendo iure & causis atque casibus decidendis. Vult hoc ac praecipit ipse legislator in CODICIS *part. II, tit. 2. p. 45. Wenn ein landrichter das landgericht besitzt: so soll desselben anfang, an* OFFENER LANDSTRASSEN *unter dem* HIMMEL, *ungefährlich um XII. Uhr geschehen.* Vti uero tempestas aduersa multoties molestias adfert non leues *iudicibus* sub dio: sic, exemplo Graeciae & Latii, tum se illi cecipere possunt in *basilicas* & *curias* urbis ibique iudicia exercere & causas audire ac definire litigiosas. Ceteroquin *iudici* est nefas, pristinos mores migrare; relin-

Quare TRIBVNAL hoc sub DIO & prope VIAM publicam?

relinquere campos ob teneritatem, mollitiem, taedia uetustatis, morositatem, cetera, sine causa graui & ratione. In simili argumento cum responderit hanc causam ORDO iureconsultorum FRIDERICIANAE, reddimus responsum iuris in *num. I.* adpendice.

TEMPVS iudicii qui MERIDIES?

§. XIV. In tempore aperiendi tribunalis illud est admodum singulare: *quod esse debeat meridies atque XII. hora*, destinata ceteroqnin prandio. Ita enim legislator *part. II. tit. 2. ungefährlich um XII. solle des landgerichts anfang geschehen am tag. Alsdann soll der landgerichtsbothe einen urthelsprecher zum führsprechen erfordern. Denn soll anfangs der landrichter oder sein Statthalter (uicarius) erfragen: ob es zeit? tage? stunde? sey, daſs er das landgericht besitzen und richten möge?* Nam Romae praetor conscenderat tribunal hora III. a solis ortu finiebatque meridie & prandio. Pomeridiana IV. multoties quoque iudicum instituti cosessus. Germani autem matutinas horas tantummodo dederant rei iudiciariae; ut etiam leges inde acciperent nomen audirentque *edicta matutina*, MORGENSPRACHE. Haud dubie, ne quid, post tempora prandii, fieret ab ebriis minus recte. Nam Germanorum haec uitia olim iam notauit TACITVS *de M. G. c. 22.* quod poculis indulgeant effuse. Vnde igitur temporum haec metamorphosis, & conuersio? ut *iudicium prouinciale* pateat nonnisi post XII. horam, plenum meridiem. Excusant eam uiri curiales: quod ante meridiem instruantur litigatorum nomina, causae. Deinde ex longinquis locis ueniant plures, qui tam diu expectandi. Neutrum satisfacit. Nam possent dies iudiciarii facilius adaugeri; quam trahi ad

ad uesperam. Sed mores semel constitutos nolunt forsitan iudices migrare.

§. XV. Fuerant *praetoribus* in prouinciis, per Latii iura, uiri consiliarii & adsessores, quorum suffragia ipsis omnino fuerant attendenda. Eodem instituto *landuogtiae* siue iudicii prouincialis omne punctum non fert LVDEX SOLVS aut praetor prouincialis, *der landrichter*. Nam ut potestas & auctoritas eius temperetur paulo & adducatur, adiungendi eidem ADSESSORES XII. requirendi a senatoribus urbis illius, ad quam *iudicium* habendum & exercendum. Vt adeo *quadrurbis* forenses adsessores toties differant; quoties in ciuitate uariat tribunal. Qui uocari omnes debent & praetorio ultra dimidiam eius numeri partem adesse. Verba LEGISLATORIS *part. I. tit. 5. p. 8.* sunt, quae sequuntur: *Vnd sollen* BVRGERMEISTER *und* RATH *einer ieden der dreyen* REICHS - STAEDTE. *insonderheit aber auch* AMMANN *und* RATH *des flecken* ALTDORF, *wie bishero geschehen, so viel* VRTHELSPRECHER (*adsessores*) *verordnen: damit iedes landgericht mit XII. urthelsprechern ersetzt werde.* Qui adsessores senatui tantum iurant; non praetori: quod suffragia dare & ferre sententias velint, iuri conformes. Procul habitis amoris aut odii causis. Admonentur praeterea consules & senatores cuiusque urbis, ubi aperiendum tribunal: ut tales adsessores nominent, qui legum patriae sint periti. Quorum deinceps suffragia neque corrigere neque negligere potest praetor teneturque potius stare maiori suffragiorum parte. Quod si dissenserint numero aequali, praetoris est solius, eligere, quod sequatur, instar Romani dictatoris. In his plura sunt, quae notam

Tribunalis ADSESSORES qui DVODECIM?

notam merentur. *Primo* XII. numerus iudicum ac testium ita solet uulgo defendi, quod iudicium eius seruatoris sit CHRISTI, qui ideo XII. testes adsciuerit doctrinae & integritatis suae, APOSTOLOS. Quod admodum inane; cum ex hoc praetorio non salus pendeat orbis. *Deinde* cum PRAESIDIS PROVINCIALIS *des landrichters* iurisdictio ab imperatore; dubitaueris omnino, qui sint in consortio hic eius subditi, iique nominati a magistratu cuiusque urbis, non a praeside aut praetore ipso. Quasi scilicet hoc tribunal sit instar *iudicii mixti*, ab imperatore & subditis constituti, quasi uterque in quadam iurisdictionis societate. Quicquid sit, his moribus uixit uero Germania uniuersa, quod *praetor* nullus sine *adsessoribus*, ne unum egeris facile in transuersum. Imo in adsessoribus boni uiri arbitrium satis est. Vt in his locis & in *pago* NELETIZI siue *Gibichensteinensi* sigillatim etiam *ultimi supplicii indicia* formant constituuntque *praetor prouincialis* & *adsessores* (*der landrichter und XII. Schöpfen*). Qui omnes & singuli in classe rusticorum & ruricolarum (*aus dem gemeinen bauer-stand*). Quopropter in *Suevico* hoc *iudicio prouinciali* ab institutis & moribus est alienum nihil, quod ADSESSORES habeat comites praetor prouincialis *opifices* & *infimi* ordinis *cives* (*gemeine handwercks - und bürgers-leute*) natos ad stiuam, nulla iura & leges doctos. Vnde uero hi rerum abusus? Olim cum ex aequo & bono causae compositae & decisae, ut cuique suggessit consilium & ratio; non spernendi fuerant adsessores indocti. Quos autem nauseant omnino nostra tempora, postquam *Romana iura* obligant iudices & partes ex generali *receptu*, ut inde nequeat recedi latum

tum

rum unguem. Quapropter parum aut nihil proficiet
nunc iudicii adsessor, iurisprudentiae Romanae pror-
sus ignarus. Et est etiam illud indultum *prouinciali*
praetori (*dem landrichter*): ut adsessores hos cerebrinos,
quoties suffragentur contra leges, corrigat reducatque
in uiam. Vt adeo plerosque ducere magis uideatur cae-
cos, quam trahere in suas partes philosophando &
utendo ratione ac lege. Verum utut hos morbos no-
stri tribunalis palpaueris manu: spernunt tamen me-
dicas manus, Ne quid pristini moris nouetur; ne
litterati nomina expungant ex matricula huius consi-
lii ciues, uiros bonos & honestos, licet ignaros re-
rum; ne adaugeantur impensae, cum recusent homi-
nes docti operas unius diei pro VI. uel XII. crucigeris
cetera. Ita enim LEGISLATOR *part. I. tit. 5. Diese 3.*
MAHLSTAETTE *und der flecken Altdorf sollen an das land-*
gericht ihre geschickte, verständige, und der landgerichten
processen und gebrüuchen vvohlerfahrne BÜRGER *senden,*
vvelchem ieden, aus besondern gnaden und keiner schuldig-
keit, iedes landgericht VI. KREVZER *und der iedem, so auch*
vormittag dem protocolliren abvvartet XII. KREVZER *aus*
des landgerichts gefallen gegeben vverden sollen. Indignis-
sima summa, si nostri aeui opes spectes. Suffecerat
olim quoque opifici *grossus* uel *denarius* pro operis u-
nius diei. Sed cum coeuerit post & adaucta sit merces
opificiaria, hodie octuplicata minimum: seculi iniu-
ria est, doctorum uirorum & iudicum honoraria re-
linqui pristino loco, censu, numero. Et uero est hoc
tum in huius tribunalis tam in aliis omnibus aeui uetusti-
oris notandum; quod *summa sportularum* & *multarum* ui-
lior longe sit, quam hodie tulerint rerum pretia. Vt adeo
adaugeri merito queant, instar *uectigalium*, ex hac causa

tantum § XVI.

De landvogtiae ADPARITORIBVS. § XVI. Actum de iudice & decurionibus, scabinis adsessoribus; sequuntur personae administrae, *adparitores* Sueuicae *landvogtiae.* Primus est in his SCRIBA (*der landgerichts-schreiber*), quem nostro aeuo dicimus *secretarium.* Eligit hunc ex *quadrurbe* illa ciuitas, ubi tribunal solet institui & aperiri, quae etiam ei dicit formulam iurisiurandi in officio recte administrando. Praesente tamen *prouinciale praetore.* Vt adeo *scribae quatuor*; quorum neuter potest uagari extra oleas & falcem mittere in alterius ciuitatis messem & fori pomoeria. Definitur officium *scribae prouincialis part. I. tit. 6.* Cuius summa est haec: *scriptura eius habeat publicam fidem; referat ipse in libellum acta dictaque in consilio ac consessu; quem tamen custodiat fide sincera; manifestet nemini, quam praetori & iudicio &, quoties id fuerit iussus, etiam partibus; epistolas, libellos, litteraria quaeque documenta forensia habeat ipse in promptu, digerat, compingat, reponatque in tabularia; nihil tamen componat decidatque clam, praetore insalutato; ordinet idem sportulas & taxam curetque, ne peccet inter parum & nimium ullatenus,* cetera.

1) *scriba* prouinciali.

2) FISCI patrono.

Sequitur ADVOCATVS FISCI. Cuius munus definitum *in* CODICE LEGVM *part. I. tit. 7.* ita fere: *ex aduocatis huius tribunalis praetor prouincialis eligat unum, qui sustineat iure* FISCI *uiuatque sportulis. Quoties enim aliquis impegerit aduersus leges, iura, dignitatem landuogtiae, toties ab eodem uocari potest in ius. Qui praeterea etiam curare debet sedulo, ne Austriace domus, in Sueuia maxime, honor, potestas, auctoritas conuellatur.* Hunc excipiunt ACCENSI ac uiatores *die* LANDGERICHTS-BOTTEN. Quos latino hoc nomine adpellare licet ideo, quoniam officium eorundem inprimis uersatur in *acciendo* & *uocan-*

3) ACCENSO prouinciali *dem* LAND-GERICHTS-BOTTEN.

uocando partes ad tribunal. Hos conſtituit ſuo arbitratu *prouincialis praetor* iterumque dimittit. Eſt eorum: uocare partes; perferre epiſtolas, *ladung, verkündigung, verbieths-brief*; easdem iuris ordine offerre; exigere ſportulas, *von ieder meilen 1. ſchilling und bey den gemainden von ieder hauſ.räuchin 1.ſchilling*; alere uicarios (*ihre afterknecht oder afterbothen*) ſi ipſi minus ſuffecerint rebus expediendis; referre acta geſtaque in litteras; frui in itineribus publico conductu & ſecuritate; cuſtodire & curare *regeſtra, klagbücher, bottenbüchſen* & quae ſunt reliqua, deſcripta plenius *in der landger. ordn. part. I. tit. 9.* Demum in gratiam partium delecti ad tribunal hoc prouinciale PROCVRATORES, pro arbitratu *praetoris* (*des landrichters*) ſolius; qui ab iisdem etiam accipit formulam *iurisiurandi* poteſtque illos, ſi minus digni, iterum dimittere & deſtituere munere. Differunt ipſi *ab aduocatis*, qui iura ſuggerunt: cum eorundem uerſetur ſparta in eo, ut cauſas in foro orent. Praecipuum eſt, ut inſtructi ſint *mandatis* partium, ne iudicium eludatur. Quo fine accipiunt mandatum uel ore uel litteris uel in iudicio uel extra illud. Ita enim habetur *in der landger. ordn. part. I tit. 8. ſollen die procuratores (anvvälde) ſo bald ſie auf den zvveyen landgerichten zu* WANGEN *und* YSNI *kommen, dem gerichtſchreiber alle gevvälte* (mandata) *in die* GEWALTS-BÜCHER *einſchreiben. Aber an den 2. landgerichten zu* RAVENSBVRG *und* ALTDORF *einem landrichter ſolche in ſein* GEVVALTBVCH *angeben. Wann die partheyen ſelbſten vors landgericht kommen, und ihre gevvält übergeben, die ſollen die an* HAND *und* STAB *eines landrichters übergeben, und die procuratores von* HAND *und* STAB *empfangen.* Praeterea actorum

4) PROCVRATORES.

C

64

rum gestorumque scribere & habere debent diaria. *Sollen, wann sie mit schrifftlich procediren, in ein besonder buch und protocoll, das sie darzu machen und haben sollen, ordentlich ihre sachen einschreiben.* Quae sequuntur, facile suppleri possunt ex iure communi. Vti uero per Latii quondam iura difficilius uti licuit in foro opera *mandatarii* uel *procuratoris;* sic contra moribus hodiernis a parte qualibet, illa maxime, quae non versatur in re iudiciaria (*der nicht zur justiz verpflichtet*) desideratur, ne ipse litiget; sed opera tantum procuratoris aut mandatarii. Qvod ex eo demum tempore consultum esse videbatur, ex quo Romana iura, ex receptu, in foris regnant, difficiliora, quam ut homines, iurisprudentiae imperiti, in iudiciis intelligere queant, quid conducat causae suae, quidque obsit.

De SVEVIAE ORDINIBVS a landuogtia EXEMTIS priuilegio.

§. XVII. Licet autem *praetoris prouincialis iurisdictio omnes Sueuiae uniuersae ordines* tangat: Sunt tamen plures eorundem, qui illi se subduxerunt privilegio Caesaris & Austriacae domus. Nam utrique hic conspirent ideo, ne, indulgentia primi, eripiat ultimo ius quaesitum. Igitur illud vult LEX PROVINCIALIS *si quidem rite docuerit* PRIVILEGIVM EXEMTIONIS *pars*, quod eam dimittere debeat praetor prouincialis de suae iurisdictionis matricula. Qvod magis est, AUSTRIACAE ditiones Sueuicae *omnes* habentur declaranturque, ipso iure, exemtae a iurisdictione *Sueuicae landuogtiae* sive iudicio provinciali (*dem kayserlichen schwäbischen landgericht*) licet sit hoc prorsus imperiale. Verba *part. II. tit. 4.* sunt haec: *Wiewohlen von alter und weit über menschen gedencken am* LANDGERICHT BRVAECHIG *gewest, welcher hoch oder niederS stands, ihne selbsten oder die seine*

ne von landgericht abfordern vvollen, dass derselbig jedes
mahls seine habend: KAYSERLICHE *oder* KÖNIGLICHE FREYHEI-
TEN *in originali oder glaubvvürdige* VIDIMVS *davon sambt*
jüngster Kays. und Königlicher confirmation mit einer SCHRIFFT-
LICHEN ABFORDERVNG *vor landtgericht, durch einen*
VRTHELSPRECHER *landgerichtes fürlege, und der remission,*
ausserhalb hernach bestimmten EHEHAFFTINNEN, *rechtlich*
erfolgt, mit diesem anhang und erkändtniss: dass dem kläger,
seinem anvvald, oder vven er ungefährlich mit ihme bringt,
oder schickt, ein frey sicher GLAIT *inner* VIERZEHEN TA-
GEN *den nechsten nach solcher remission, zu hauss und hof*
überschickt vverde, und, auf sein erfordern und begehren, vor
dem richter, dahin er remittirt ist, ein frey unverdingt
und unverlengt recht inner SECHS WOCHEN DREYEN TA-
GEN, *den nechsten, nach solcher seiner erforderung gedeyen*
und vviederfahren: so vvöllen vvir doch allen hohen und nie-
dern ständen, dem adel, STAEDTEN *und* COMMVNEN
zu gnaden und gueten, damit die ihre freyheiten nit so viel-
faltig über land schicken müssen, hiemit, so viel an uns, gna-
dig zu geben haben: dass nun hinführo obberührte STAENDE,
ADEL, STATT *und* COMMVN, *vvelche* PRIVILEGIA
haben, solche ihre privilegien, mit jüngster confirmation in
ORIGINALI *oder* GLAVBWÜRDIGEM TRANSSVMPT,
samt letzter confirmation eines Röm. Kayser oder Königs ent-
vveders durch bevvehrte IMMATRICVLIRTE KAYS. NO-
TARIOS *und zvveyen gezeugen, oder aber die geschvvorne*
LANDGERICTS-PROCVRATORES *vor sitzendem landge-*
richt, ALLEIN *einmal, an allen* VIER MAHLSTAETTEN
landgerichts (neben einer schrifftlichen abforderung, so auf
selbiges landgericht, sie oder iemand derselben unterthanen
citirt vverden) vor landgericht offentlich und solenniter für-
legen

legen, bey vvelcher beschener insinuation es ein landrichter, mit diesem geding: dass die diesem löbl. landgericht an seinen befreyten EHEHAFFTSFAELLEN, PRIVILEGIEN *und freyheiten, altem herkommen, und gebrauch, vvie auch zuforderist der* RÖM. KAYS. MAI. *dem* HOCHLÖBLICHSTEN HAVS OESTEREICH *und sonst männiglichen an seiner obrigkeit recht, und gerechtigkeiten unvergriffen und unschädlich verbleiben lassen solle, solche freyheiten und jüngste confirmationes an den* VIER MALSTAETTEN *landgerichts, durch die gerichtschreiber in ein* EIGEN BVCH, *so sie darüber halten, auf der* PARTHEYEN KOSTEN *ordentlich eingeschrieben, und mit dem landrichter alles fleiss, gegen den* ORIGINALIEN *collationiret vverden sollen. Darnach zu iedem* LANDGERICHT, *als offt sie oder die ihren cittret vverden, mögen sie allda ihre schrifftliche abforderungen, darinnen sie sich auf ihr zuvor am landgericht fürbrachte, und protocollirte freyheiten und confirmationen ziehen, und zu vveisen begehren, durch erlaubte fürsprechen oder anvvald fürbringen, auf vvelche schrifftl. abforderung die* REMISSION *(ausserhalb der landgerichte* EHEHAFFTINNEN*) mit dem anhang und erkenntniss, vvie vor gemeldt, beschehen soll. Vnd vvann sich darüber kleger vviederum vor landgericht beschvverdt, dass ihme zu bestimmter Zeit, das* GLAIT *nit zu kommen, oder aber* RECHT *versagt, verzogen, und der remission gemæss, als* VNVERDINGT *nit gehalten, sich auch solches erfiinde, so soll die sach ferner nit remittirt, sondern vor landgericht behalten vverden.*

De CAVSIS RESERVATIS landuogtiae etiam ad-

§. XVII. Vtut vero PRIVILEGIA EXEMTIONIS attendantur omnino in *landuogtia*: solent tamen limites eorundem contrahi nomine numerisque multiplicatis *causarum & casuum reseruatorum (der so genannten*

EHE-

EHEHAFFTEN). In quibus priuilegii & *exemtionis* nulla uis; quin ideo in *prouinciali* hoc *iudicio* omnes Sueviae ordines oporteat comparere, respondere litemque intentatam finire. Habet PONTIFEX in iure dicundo sua RESERVATA; non communia ideo aliis antistitibus & episcopis. Etiam RESERVATA porro iura sunt CÆSARI, quae sibi iure uindicat praecipui in territoriis principum ac ordinum imperii. PRÆTOR itaque PROVINCIALIS pariter utitur RESERVATIS causis quibusdam, quae suae iurisdictionis, etiamsi ceteroquin principes & ordines SVEVIÆ in causis & casibus vulgaribus aliis se subduxerint *praetoriae* huic *iurisdictioni*. Illud ponit rem hanc in ambiguo. Nam ordines desiderant exiguntque *normam*, ad quam exigi debeant *reseruatorum* (*der ehehafften*) numeri & rationes. Hac enim deficiente, perhibent, vel *praetorem prouincialem* vel illius *principem* calculos reseruatorum proferre & adaugere posse pro lubitu, cum maxima licet iniuria illorum, qui *priuilegiis Cæsareis* atque *Austriacis* adversus *praetorium* Sueuiae *prouinciale* sint muniti. Non igitur litium harum erit exitus aut finis. Quod iudice careant litigatores: quaenam causae aut casus nomen tueri queant *reseruatorum* vel minus? Accipe sententiam, quam nos fovemus universim. Adeundum est tum imperiale tribunal, priuilegiis *exemtionum curatis* necquicquam: si vel iustitia protracta vel negata; si violata imperialis iudicii auctoritas & securitas; si fauor insignis personae aut causae. Sub hoc enim complexu putaverim omnia genera reservatorum (*der ehehafften*) posse comprehendi ac contineri. Dabimus illa hic per summam ex *part. II. tit. 5.* suntque haec

uersus ordines exemtos den EHEHAFFTEN.

haec, quae sequuntur. 1) Si quis offenderit aut *laeserit* iudicii *accensum* (*einen landgerichtsbothen*) 2) vel partem *euntem* ad tribunal provinciale 3) si quis *proscriptus* 4) si violauerit *conductum* 5) victor causae destituatur *executore* 6) iustitia alicui vel *negata* vel *protracta* 7) evocetur *proscriptus* anno, mense ac die, 8) iniuria adfectum tribunal provinciale uerbis, litteris, factis 9) quis renuntiaverit omnibus suis *priuilegiis* 10) *receperit* a prouinciali iudicio proscriptos 11) actorem impediat, quo minus reum proscriptum irretiat vinculis 12) *possessio* impedita, quam indulserat iudicium provinciale in bonis proscripti 13) causae *continentia* & vicinitas 14) *spolii* causa aliqua 15) crimina atrociora (*die freischfaelle*) homicidium, incendium, rapina, stuprum violentum, quibus post addita furta & homicidia culposa 16) causae iniuriae grauioris 17) contumeliae, vulnera, ictus 18) causa tangat iudicii provincialis iura, mulctas, census, sportulas, cetera 19) crimen commissum in loco iudicii provincialis 20) uiolatus illius conductus 21) aufugerit ex aresto aut fefellerit fidem datam coram tribunali 22) debitum *taxae* provincialis iudicii 23) debitum consistat in mercede famulorum, ruricolarum, opificum 24) causa minus *diuidenda* 25) iudex requisitus *exequi recuset* condemnatum in iudicio provinciali 26) transegerit coram iudicio provinciali, post transactioni non satisfecerit 27) non exceperit de fori incompetentia, sed rogando moram aut tacendo iurisdictionem prorogaverit. Atque in nulla harum omnium causarum & casuum locus est EXEMTIONIS PRIVILEGIIS: quoniam in illis *clausula* semper est intelligenda; *saluis reseruatis* (*bis auf die ehehafften*). Quod si in-

ſi indulgentia uberior: GENERALE iudicii huius PRIVILEGIVM eſt hoc: *eximi poſſe ordinum neminem in cauſis reſeruatis &, ſi quidem aliquis ita exemtus, fore id, ipſo iure, nullum.* Verum ille rigor in CAPITVLATIONE *art. XVIII.* eſt quodammodo temperatus.

§. XIX. Non ſatis eſt, iurisdictionem contentioſam eſſe landvogtiae & *caſus reſeruatos*: etiam illa expediuntur in eadem, quae *uoluntariae* iurisdictionis. Ita enim *part. II. tit. 7. Demnach biſs dahero an unſerm landgericht in Schwaben, neben obberührten rechts-ſachen* (contentioſa iurisdictio) *auch andere mehr handlungen, als* 1) VERZÜCHT 2) HEYRATHS-BRIEF 3) MORGENGAB 4) VERWESVNGEN 5) TESTAMENTEN 6) DONATIONEN 7) KAVFFSFERTIGVNG 8) BEVÖGTVNG *der minderiährigen kinder* 9) CVRATORIA 10) EMANCIPATIONES 11) INSINVATIONES 12) CONFIRMATIONES 13) EXEMPLATIONES 14) VIDIMVS, *und dergleichen actus* VOLVNTARIAE IVRISDICTIONIS, *von hohen und niedern, ehlichen und ledigen ſtandes, manns- und weibs-perſonen fürgenommen, geſucht, tractiret und erkannt worden; ſo ſoll daſſelbig auch noch fürbas, allda männiglich zu thun, wie von alters hero vergundt, und zugelaſſen ſeyn, und allerdings rechtlicher ordnung und herkommen nach, krafft und macht haben.* VOLVNTARIAE iurisdictionis capita in hoc iudicio prouinciali.

§. XX. Illud in hoc iudicio prouinciali eſt fulminis inſtar, quo illico feriuntur partes CONTVMACES; ut proſcribantur uel, ut formula noſtri aevi utar, DECLARENTVR IN BANNVM (*daſs ſie in die acht und aberacht gethan oder geachtet werden*). Idque ex leuiſſima, quod ſtupeas omnino, cauſa. Quod ſi enim litis ſumma *duos aureos* attingat parsque, rite citata, neque compareat in iudicii conſeſſu neque veniam roget De mere PROSCRIBENDI (der acht und aberacht) in iudicio prouinciali.

aut

aut liberet se ex contumacia ob causam: tum statim percuti solet BANNI seu *proscriptionis* fulmine. Vti vero BANNI (*die acht*) in patrio iure multiplicis significatus: ita omnino est opus, ut, quid sibi hae *dirae* velint in *landuogtia*, explicemus. *Saxonicis* moribus

Bannum 1) *Saxonicum*,

BANNVM est vel INFERIVS (*die schlechte oder unteracht*) vel SVPERIVS (*die oberacht*). Primo est propterea opus, ne quid in poenis irrogandis *praecipitetur*. Ideoque contumax, si habitus pro confesso & conuicto, percuti solet *banno* (*er wird in die unteracht gethan*). Vt totius anni spatium habeat deinceps, intra quod contumaciam *purgare*, requirere *saluum conductum* & se defendere queat toties, quoties opus, quo demum, si meruerit, absolvatur. Verum enim vero *annuo* spatio, post primum & *inferius bannum* exacto: actor accusatorque iterum iudicem implorant, ut nunc demum *reiterare* BANNVM velint, quod ideo audit uel *aberacht* (nouatum bannum) vel *oberacht* (bannum superius aut maius). Atque tum *bona adnotata* addicuntur *fisco*, estque in arbitratu cuiusque, *bannito* iniicere *uincula* & ad iudicem remittere, ut luat in corpore vitaque, quod debet. Tristius *banni* verbum est in sensu imperiali:

2) *imperiale*.

ubi bona proscripti statim addicuntur fisco armaturque quisque mortalium ad uitam *bannito* eripiendam. In-

3) *landuogtiae*.

termedia quasi via itur in *landuogtia*. Quod si enim *ter citatus* comparuerit in tertio *consessu* iudicii prouincialis: tum, surgente praetore, deuouetur *banno*. Ita enim *landger. ordn. part. II. tit 2. auf die dritte klage* (scilicet in tertio menstruo consessu iudicii prouincialis) *sollen der klæger procuratores warten bis zu des* LANDRICHTERS RICHTERLICHEN AVFSTAND: *kamen die beklagten nicht, sollen*

sollen sie in dess LANDGERICHTS-ACHT *verrufft vverden, mit diesen vvorten: Alle die auf das landgericht geladen, denen rechten* VNGEHORSAM *erschienen sind; die verkünd er in die* AGHT *und die sich auf recht lediget, in* ABERACHT. VERBEVT *sie sammet und sonders ihren* FREVNDEN *und* ERLAVB *sie den klagern und ihren* FEINDEN *und sonsten aller männiglichen. Wo dann* WEIBSPERSONEN *darinnen vvären, so vverden dieselbe auch in acht und aberacht erkennt. Doch mit dem anhang: nehmlich denselben an ihren leiben unverletzlich.* Prima igitur uice *promulgatur* BANNVM in iudicio aduersus contumacem absentem: quod si in *sequenti consessu* iterum sit absens, *iteratur bannum* (*die* ABERACHT), ubi simul scribuntur litterae ad magistratum (*verbieths-brief*). In quibus *bannum* perscribitur, addito mandato, porro *bannitum* non tolerare in loco (*denselben auszubiethen und mit ihme keine gemeinsame zu haben*). Si magistratus pareat minus foueatque *bannitum*: etiam ille solet his diris deuoueri. Memoriae etiam causa MATRICVLAE PROSCRIPTORVM (*dem aachts-buch*) solet nomen *banniti* atro calamo inscribi. Nec tamen ita satis coercetur partium contumacia. Inde querelae *in der landger. ordn. part. II. tit. 9. pag. 73. Wann uns glaubvvürdig fürkommet, vvie etvvan* EDEL *und andere personen eine sehr grosse anzahl in der aacht und aberaacht und etliche in vielen aachten und aberaachten gesprochen und eingeschrieben vvorden. Vnd so in derselben aacht frerentlich verharren. Ob sie gleich zu zeiten ihre kläger zu frieden stellen, bleiben sie undeliret und unausgelöschet in denen aachtsbüchern. Daraus dann dieses unsers freyen* LANDGERICHTS OBERM KAYSERLICHEM GERICHTS ZWANG, *der uns gebühret, mercklicher nachtheil, schimpf und verkleinerung*

nerung erfolget. Est igitur hoc singulare: quod ille, qui BANNO tenetur anno & die (*der über iahr und tag in der aacht oder aberaacht bleibet*) debeat relegari & remitti ad praetorem provincialem. Sed, quod maius est, solet tum etiam *episcopus* CONSTANTIENSIS requiri, ut ita *proscriptum* interdicat quoque *usu sacrorum.* Clare & definite *die* LANDGER. ORDN. *part. II. tit. 10. p. 74. vvelcher ein* IAHR, *ein* MONATH; *ein* TAG; *oder mehr in aacht gevvesen ist und der kläger anruffbriefe* (litteras supplices) *an die geistliche gericht des* BISCHTHVMS, *darinnen der* AACHTER *sitzen und dahin das landgericht zu richten hatt, erfordert: die solle ihme der landrichter geben. So vvürde derselbe geistliche richter ihn, vvie von alters herkommen, auf die aacht in (kirchen)* BANN *thuen und fürbass mit bannen vvider ihn procediren. Biss dem kläger ein genügen geschehen. Vnd der geistliche vvird ihn nicht absolutren, biss er aus der aacht kommen.* Contra si quis ab episcopo sacris interdictus manserit contumax anno mense & die: tum praetor provincialis, si ab episcopo fuerit imploratus & requisitus, eundem debet proscribere. Ita enim *part. II. tit. II. p. 75.* habetur: *Desgleichen vvann die geistlichen richter der* BISCHTHUMS, *dahin das landgericht zu richten hat, dasselbig mit ihren besiegelten briefen anruffen, und darinnen vermelden, dass einer ein* IAHR, *ein* MONATH, *ein* TAG, *und mehr in* BANNEN *gevvesen sey, und fordern, dass man mit dem landgericht, dem geistlichen gericht zu hülffe komme, so soll man solche requisitiones, so bey dem* LANDGERICHT *supplicatoria und* ANRVFF-BRIEF *genannt vverden, auf dem landgericht offentlich verlesen, und soll der landrichter darauf, vvas darum recht sey, fragen, und die urtheiler zu ihme mit* AACHT *und* ANLAITVNG *richten. Auf das soll man*

man ihn in die AACHT *schreiben, und dem kläger* AACHT-VERBIETS- *und* ANLAIT-BRIEF *geben. Doch darff man darum dem gebannten nit verkünden, und wer als in die aacht kommt, auf anruffen der geistlichen richter, und von* BANN *wegen, den soll der landrichter nit erlassen, er bringe dann brief von dem geistlichen richter, daß er aus bann gelassen sey, und hab auch dabey des klægers gunst und willen.* Vsus hoc docet quotidianus: quod *excommunicatio* post annum, mensem & diem secum trahat *proscriptionem;* ut *proscriptio,* post haec tempora, *excommunicationem.* Sed ab ultimis diris ordines evangelici immunes. Qui ideo primas quoque tantopere non solent extimescere,

Consectaria proscriptionis 1) VERBIETHS-BRIEF. 2) Anlaitia.

§. XXI. *Proscriptione* facta iterato, *der aberacht*, scribi solent litterae *inhibitoriae* VERBIETHS-BRIEFE, quae mitti solent per nuntios *die bothen oder afterknechte* ad magistratum loci illius, ubi proscripti alias fuerat domicilium. Eo fine, ne proscriptus porro toleretur aut sit in tutela vel consortio honestorum virorum. Hoc si factum est, sequitur *indicatio bonorum* proscripti facienda prætori provinciali, ut sequatur eius auctoritate *adnotatio* in loco rei sitae, significatione facta etiam illius magistratui. Formula indulgentiae iudicialis adad notandum bona, est quidem *in der* LANDG. R. ORDN. *part. II. tit. 12. Ich N. von gewalt und gnaden Römischer Kayserlicher Maiestæt und Fürstl. Durchl. als Erzherzogen zu Oesterreich, thue kunat aller mænniglichen, daß von mir und offenem verbannten landgericht, als ich das heut dato des briefs zu N. an offner freyer Keyserl. reichs-straß besessen hat, erschienen ist N. und ließ durch seinen erlaubten fürsprecher, einen*

nen urthelsprecher bemelds landgerichts darthun, wie dass N. sein offner vorschriebner ächter wäre, dess er mit dem aachtbrief, den er auch darlegte, und verlesen liess, bewiesen hat. Hat und begehrt demnach anlaitung, umb sein ausstehende schuld, so ihme ernannter N. schuldig, auch um alle kosten und schaeden, so bishero auferloffen waeren, und noch hinfuhro hinauf erwachsen wurden: auf alle und jede sein haab und gutern, liegende und fahrende, klein und gross, pfenning und pfennings werth, was er ietzo hat, und hinführo überkommt, nichts davon ausgenommen, und setzt das auch hiemit zu recht, ob ihme icht billig auch solche anlaitung erkennet würde. Also auf mein umfrag, erkannten die urthelsprecher zu recht, seytemahlen mit den besiegelten aachtbriefen bewiesen, dass gedachter N. ein offner verschriebner aachter waere; dass demnach ernannten N. auf die obbestimten haab und guter geanlait, und nach dem geschwornen landgerichts-knecht, von mir, als landrichtern, gebotten werden solte; solche anlaitung gedachtem aechter, dergleichen der gericht-obrigkeit der enden zu hauss und hof zu verkunden, und zu vollziehung, wie recht ist, doch den aeltern bessern briefen, rechten und gerechtigkeitan unschaedlich. Dess ward auch gedachtem N. auf sein erfördern, diese gerichts-urkundt mit des landgerichts insiegel besiegelt gegeben, am N. tag. Facta *adnotatione, der anlaitin*, idque iussu praetoris prouincialis per nuntium vel accensum iuratum, debet illa *ter* coram tribunali proponi & auctoritate *iudiciali* toties corroborari, formula, singulari *in der* LANDGER. ORDN. *part. II. tit. 12. p. 80. 81.* Vbi clausula: *dass er den* ERSTEN, ANDERN *und* DRITTEN *gerichtstag die* ANLAITVNG ERSTANDEN *hætt. Vnd ihme*

dessen

dessen des gerichts urkund, auf sein begehren mit des landgerichts siegel besiegelt gegeben. Postea iterum adit *iudicium* actor requiritque factae *adnotationis* EVICTIONEM (*die gevvöhr*) non minus TER in triplici consessu. Vnde sequitur *sententia* quoque *triplex*, formula quidem hac: *Ward erkannt: seytemahlen er N. auf die* ANLAITIN DREY *offene gerichtstag nach einander besessen und erstanden hatt &c. und als niemand verantvvortet, vvard sein N. vveiter verfahren, seines rechtens mit urthel erkannt: daß er den* ERSTEN, ANDERN, DRITTEN *offen rechtstag der* BESITZVNG *und* INNHABVNG *auf die* ANLAITIN *erstanden und besessen hatt. Vnd ihme dessen deß landgerichts urkund gegeben.* Neque dum tamen actori *possessio corporalis* est rerum proscripti: inde opus porro, ut, *nouo libello*, requirat a *iudicio prouinciali* etiam hanc. Formulam sententiae, qua eam consequitur, dicitur *der* ERFOLGVNGS-BRIEF debetque concipi uerbis, quae sequuntur: *Ich N. von gevvalt und gnaden Römischer Kayserlicher Majestæt und Füstrl. Durchl. zu Oesterreich thue kund: nachdem von N. die 1) acht auf des* AACHTERS *haab und gut erstanden; 2) solche auch* ANGELAIT; *folgends 3) die nützliche* GEWEHR *und auch tezo 4) die* INNHABVNG *auf dem allem erstanden, besessen und ersessen hatt: also bath N. und begehrte, ihn 5) in die bestimmte Guter mit urthel* EINZVSETZEN *und ihme hierüber* SCHIRMER *zu geben. Dessen vvar dieser* ERFOLGVNGS-BRIEF *mit urtheil erkannt.* Adduntur simul litterae tutelares ad magistratum loci rei sitae, ut actorem eius deinceps dominum & possessorem & ipsi agnoscant tueanturque aduersus quemcumque. Idque mandato & auctoritate Sueuicae land-

3) gevvöhr.

Vnde 4) possessio innhabung

5) erfolgung.

possessio ex secundo decreto

6) litterae tutelares *schirmbrief.*

vogtiae, imperiali & principali *Austriaca*. Formula tutelaris epistolae *des* SCHIRM-BRIEFES non minus concepta est uerbis *in der landger. ordn. part. II. tit. 12. p. 87. Ich N. von gevvalt und gnaden Röm. Kayserl. Maj. &c. thue kundt dass N. von N. in* 1) AACHT *dess landgerichts gebracht. Vnd nachfolgends auf dessen güter* 2) ANLAITIN *erlangt. Die nützliche* 3) GEWOEHR; *dessgleichen die* 4) BESITZVNG *und* INNHABVNG *erstanden, besessen und ersessen. Ist durch die urthelsprecher ferner heute erkannt: dass N. die güter zu seinen handen nehmen, nutzen, niessen, verleihen, angreiffen, versetzen, verkauffen, oder ihme und seinen erben die selbsten behalten und damit handeln thun und lassen mag, als mit andern seinen eignen gütern itzt und zukünfftigen zeiten, ohne alles widerthailen und absprechen allermænniglichs. Vnd dass ihme dessbalben* 5) SCHIRMER *gegeben vverden sollen, nach innhalt dess* 6) ERFOLGVNGS-BRIEFS *auch hierüber ausgangen. Vnd dem allemnach so seyn N. hiemit* SCHIRMER *erkennt und gegeben vverden von gerichts und rechts vvegen. Auch von Kayserlicher Maj. und Fürstl. Durchl. geben ich euch allen und einen iedem insonderheit, vvelche durch diesen brief ersuchet vverden; dass ihr bemeldten N. in die güter einsetzet, vestiglich und getreulich schützet und schirmet, auch dabey handhabet. Dass er daran HAEBIG seye. Wann thaten ihr das nicht, es vverde darinnen euch gerichtet nach landgerichts-recht.* Quod si moras deinceps nectant illi *tutelares* (*die* SCHIRMER) arctioribus mandatis ac poenis coercentur. Quae immissio, uerbo curiali etiam dicitur, ex *secundo decreto*.

Citatio motu CAMPANAE & BELEITVNG *der güter*.

§. XXII. Si lateat debitor alia causa, quam ob *proscriptionem*: creditor, si quidem docuerit & probauerit debitum, alio ritu solet in bona derelicta ex secundo decreto immitti. Nam *landvogtia* iubet accensum

ſum ut ſe conferat in locum rei ſitae atque ibi *campanae motu* veluti debitorem aut creditores alios vocet citetque ad reſpondendum cauſam. Qui ſi non comparuerit: creditor in iudicio provinciali requirit *die anlaitin*, conſequiturque immiſſionem demum eo modo, quem ſtatim deſcripſimus in §. praecedente. Formula citationis huius (*der* BELEVTVNG *der güter*) pariter praeſcriptis verbis habetur *in der landger. ordn. part. II. tit. 15. p. 96. 97. Ich von gevvalt und gnaden ihrer* KAYSERLICHEN MAI. *und Fürſtl.* DVRCHL. *Ertzherzog zu Oeſtereich*, BELEVTH *in krafft und vermög derohalben ergangener urthel N. auf N. hauß, hof, aecker, vvieſen, gærten, holtz, feld, vvein, früchten, im kaſten oder auf dem feld, item auf allen ſeinen hauſrath, ſamt allen ſeinen liegenden und fahrenden, aignen und lehn gütern, nichtz nit darvon ausgenommen, noch hindan geſetzt, ob ſich iemand derſelben, in* ERBSKAVFFS- *oder ander vveiſe angenommen, und ihme ſein zuſpruch und ſchuldgerechtigkeit, mit den koſten, ſo viel ihme allhier von dieſem Kayſerlichen* LANDGERICHT *und* VRTHEL *erkennt, vvieder bezahlung thun vvolte, oder ſonſten einreden zu haben vermaint: daß er dann ſolches biß zum landgericht thue, ſo zu N. ſeyn und gehalten vvird, auf N. nechſtkommende, und ſo lang dieſe* BELEVTHVNG *nach landgerichts recht, ihren fürgang haben vvürde, thue und fürbringe, vvann ihme N. ſolche beleuthung unter berürtes landgerichts aufgetruckten* INNSIEGEL, *vvie obvermeldt, mit urthel erkennt iſt*, cetera. Inde ſequitur formula *mandati*, quo inſtruendus eſt accenſus ad *citationis ſolennia* peragenda. *Ich N. gebeuth dir N. meinem* LANDGERICHTS-KNECHT, *daß du die* BELEVTHVNG, *ſo N. auf N haab und güter, liegend und fahrend,* LEHEN *und* AIGEN, KLAIN *und* GROSS, *nichtzig davon ausgenommen, noch hindan geſetzt, vvie ſich gebührt, verichteſt, und vollendeſt. Ob ſich iemands derſelben*

in

in erbs-kaufs- oder ander vveiß annehmen, und ihme um sein zuspruch und schuldgerechtigkeit mit den kosten, so viel ihme allhie vor diesem KAYSERLICHEN LANDGERICHT, *mit* VRTHEL *erkennt vverden, vvieder bezahlung thun vvolt, oder sonst einreden zu haben vermaint, daß er dann solches thue und vorbringe, bis zum nechsten landgericht, so zu N. seyn und gehalten vvird, auf N. tag nechstkünfftig vvann ihme N. solche* BELEVTHVNG *unter berührts landgerichts aufgetrucktem Innsiegel erkennet, und besiegelt gegeben*, cetera. Accensus si deuenerit ad locum rei, peracturus ceremoniam *der* BELEVTHVNG *der güter*, conuocat magistratum & populum, praelegit deinde *mandati* (*der beleuthung*) formulam adfigitque eandem ualuis templi. Post mouere iubet in templo *campanam*; quo actus ille reddatur eo significantior. Quod omne praeceptum *in der* LANDGER. ORDN. *part. II. tit. 12. p. 97. denselben brief sollen die geschvvohrnen landgerichts-bothen der enden, da die* BELEVTEN *güter gelegen, verkünden und überantvvorten, und von ihnen begehren, daß sie eine gantze gemaind derselben endt zusammen beruffen. Alsdann soll ihnen die* BELAITVNG *offentlich vorgelesen, und darauf von dem landgerichts-boten, an die* KIRCHEN, *oder andere gevvöhnliche ort, darin sich gebührt, aufgeschlagen vverden. Und der landgerichts-bot, den mesner oder kirrbvvart, ein* GLOGGEN LEVTEN *lassen: auf dass die gemaindt, die nit gar beysammen, sich noch vveiter besammlen möge, damit manniglich, so zu den* BELEVTHEN GÜTERN *forderung hætte, die auf dem landgericht des* NECHSTEN, *oder andern hernach folgenden* AACHT *landgerichten anzeigen und fürbringen möge. Kæme dann iemands auf solchen landgerichten, der sich als innhaber der güeter rechtlich anzaigte, und es kundtbar gemacht, so soll auf des begehrten thail erfordern*

fordern, solche BELEVTHVNG *ab- und erkennt vverden; dass der* BELEVTHER *güetter mit ladung, oder vor seinem stab und gericht, darunter er gesessen, um sein spruch und forderung ersuchen und fürgenommen, auf solche landgerichts-ladung, (vvomit* EHEHAFFTIN *landgerichts fürkommen) soll die abforderung auf freyheit tag statt haben.*

§. XXIII. Reliqua huius *fori prouincialis* sunt momenti leuioris adeoque contrahenda in epitome. Nam principio in omni causa hic *citatione* opus est *trina* (*ieder beklagter hatt biss zum dritten landgericht aufzug.*) Quoniam tertia demum peremtoria. Et tum citatur sub poena *banni* (*bey der* AACHT.) Citatio TRIPLEX.

§. XXIV. Causae *minoris* momenti expediuntur verbis: grauiores tantum libellis ac litteris. Imo si litis aestimatio infra *florenum*; illa non est huius tribunalis. *landger. ordn. part. I. tit. 2. p. 2. doch sollen an diesem landgericht die klain und geringfügige forderungen, so die den vverth eines* GVLDEN *hauptguts nicht belauffen, nicht angenommen vverden.* Nisi iustitia parti sit negata alibi; nisi causae reseruatae (*die ehehafftin betreffen*); nisi non locus sit aestimationi, in re non tam lucri, quam fauoris singularis. Vtpote censu, seruitutibus, dignitatis aut famae causis. SVMMA hic causarum.

§. XXV. Forma libellorum esse ac concipi debet in hoc tribunali per *segmenta* siue *articulos*. Ita enim LANDGER. ORDN. *part. III. tit. I. p.* 104. *Soll auch der klæger, nach gethaner kriegsbevestigung, da er zuvor sein klag nicht* ARTICVLIRET *vorbracht und dieselbe nachgehends* ARTICVLIREN *vvolte, solche positiones quotires zu übergeben, oder vvo zuvor seine klage* ARTICVLIRET *und* QVOTIRET, *dieselbe an statt der* ARTICKEL *zu repetiren.* Libelli ARTICVLARES

ren. Darauf der antvvorter (reus) GLAVB *oder nicht glaub vvahr seyn, ohne anhang, zu antvvorten schuldig.* Nisi exceptiones eidem sint generis alius.

NVMERI libellorum. §. XXVI. Libellorum etiam numeri sunt definiti atque indulti cuique parti tres 1) actio 2) exceptio 3) replica 4) duplica 5) triplica 6) quadruplica. Ne peccetur in infinitudine. Post probationem per instrumenta aut testes, quatuor sufficere videntur. Sub clausula: ne tamen quid novi deinceps. Nisi documenta nouiter reperta.

CAVTIONES. §. XXVII. Cum executionis remedium sufficiens *bannum, die* AACHT: non opus est satisdationibus *der tröstungen.* Nisi pars *forensis*, extra limites constituta landvogtiae.

NOVAE exceptiones. §. XXVIII. Omnes EXCEPTIONES proferendae simul, praesertim dilatoriae. Nisi post demum cognitae fuerint, quod parti non creditur, nisi adfirmet hoc fide, quam debet huic tribunali; *daß er solches an dem* GERICHTS-STAB *betheure.*

FERIATI dies. §. XXIX. Feriati dies sint DEO ac *diuis* sacri. *Part. III tit. 5. p. 109. An diesem landgericht sollen die christlichen gebannnten feyertag, die zur ehre* GOTTES *und seiner lieben heyligen gehalten, noch vvas gerichtlicher gehandelt vverden.*

TESTES producendi. §. XXX. Si TESTIBVS opus est aliunde, habet hoc tribunal illud singulare, ut cuiusque testis vel magistratum possit *requirere* ad eum audiendum vel instruere mandatis COMMISSARIOS litteris *compassus*, qui in territorio alieno testes citare & audire queunt, iudice ordinario praeterito. Quod magis est, landuogtiae iura etiam sunt haec: quod *testes ipsos* possint evo-

evocare sub poena banni: *der landrichter mag solche zeugen, bey poen der aacht kundtschafft zu geben, compelliren*, LANDGER. ORDN. *part. III. tit. 7. p. 110.* Ita tamen, ut pars *producens* solvat testibus honorarium *einem gemainen zeugen, so in loco der malstatt, vier bazen und alle tage dem fussgehenden 7. bazen und reitenden 10. bazen.*

§. XXXI. SENTENTIAS quidem ferunt PRAETOR & ADSESSORES (*der landrichter und urthelsprecher*). Est tamen, si causa forte gravior in eorundem arbitratu; transmittere acta descripta ante, ad *iureconsultos* vel singulos vel ordinem eorundem uniuersum. Non ergo *transmissio actorum* est in partium arbitratu; sed in manu iudicis. Quod est magis: si reddita acta cum tali *responso prudentum*; ante publicationem *praetor* & *adsessores* perlegunt illud. Quod tum demum, si illis ita videatur, partibus indicant corroborantque *sententiae* vi. Dicitur hoc *in der landger. ordn. part. III. tit. 8. in allen hochwichtigen sachen darinnen die partheyen schrifftlich, nach rath der gelehrten procediren, moegen die urthelsprecher, urthel zu geben bedacht nehmen, und, da sie zu sprechen nit geschickt, sollen sie bey den gelehrten zu berathschlagen, auf ihre aydt erkennen. Folgendes samt dem landrichter darob und daran seyn, dass dieselbe acta aufs fürderlichist, und ehist, durch den landgerichtschreiber geleutert, und samt dem darzu gehörigen protocoll ausgezogen, dem landrichter alsbald überantworten, der alsdann dieselbe acta einem gelehrten, und des landgerichts gebrauch erfahrnen zu berathschlagen, zustellen, oder überschicken solle. In welchem der landrichter sein fleissiges aufmercken haben solle, damit die gelehrte, und der practic wohlerfahrne unpartheyische consultores pro iustitia vor andern gebraucht, auch die sachen dermassen*

SENTENTIA ferenda domi, an foris?

massen unter ihnen ausgetheilt, damit dieselben durch sie gefürdert, und nit aufgezogen vverden. Vnd so die gelehrten ihre Rathschläg begriffen; sollen sie dieselben unter ihrem handzaichen und sigill bewahrt und verschlossen, dem landrichter zusenden. Der dann solchen rathschlag, hinter ihme keins vvegs liegen lassen; noch denselben behalten soll, sonder auf das nechst landgericht darnach ladung, zu empfahung der urthel aussenden; und auf solches landgericht den rathschlag fürbringen, in beyseyn der urthelsprecher eröffnen, und ihnen, vor der publication, verlesen lassen. Iedoch mögen in verlesung solcher rathschläg, die allegationes und anzäig der rechtstell; samt andern lateinischen einführungen, zu gevvinnung der zeit, umbgangen vverden. Vnd im fall dass der landrichter und die urthelsprechere, ihnen solchen rathschlag, auch concept der urthel gefallen lassen vvürden; soll demnach von den partheyen, vvas den rechts-gelehrten, cantzley, procuratorn, und landgerichts-botten, für ihre besoldungen, salaria und verdienst zu geben gebührt, zu gleichem thail erlegt und bezahlt; und alsdann erst ihnen die urthel geœffnet, und publiciret, auch hinführo diese ordnung in solchen als vvichtigen articuln, allerdings gehalten, und darvvider ohne beschaids erholung nit geschritten. Benebenst alles ernsts befehlende, das hinführo den partheyen, so vvohl von dem end- als bey-urtheln, auf begehren besiegelt abschrifften, oder urkund gefolgt, und erthailt vverden sollen.

EXECVTIO rerum iudicatarum in LANDVOGTIA.

§. XXXII. EXECVTIO restat rerum *iudicatarum.* Vti vero haec in aliis tribunalibus est difficilis quandoque: ita in nostro tribunali est facillima. Nam pars condemnata, nisi paruerit, *proscribitur*, id est, eiicitur suo domicilio; notatur infamia; excluditur hone-

honestorum virorum consortio; bona eius annotantur; imo etiam interdicitur ille sacris. Quod supra §. 20.21. est expositum plenius. Agitur sigillatim de executione LANDVOGTIAE *part. III. tit. 9. p. 117. sq.*

§. XXXIII. Illud est debitoribus indultum, qui satisfacere nequeunt suis creditoribus: ut asylum quaerant *in* CESSIONE OMNIVM BONORVM. Nam *part. III. tit. 16. p. 119.* clare dicitur, quod *cessio bonorum* sit Suevici iuris, non privilegii. *Wann ein schuldner; er sey mann- oder vveibs-person, vves standes oder vvesens,* EDEL *oder* VNEDEL, *vor landgericht* BONIS ZV CEDIREN *vorhabens, vvie es dann einem ieden* REGVLARITER ERLAVBET, *so vvird erfordert; dass der schuldner sich rund erkläret.* Nam requisita, quae sequuntur, iuris sunt ciuilis Romani. Vt adeo, repetere haec, non sit opus.

CESSIO BONORVM iuris, non priuilegii.

§. XXXIV. Cum rigidum hoc iudicium sit, iure meritoque animadverti solet in temerarios & frivolos litigatores. Non sufficit, uti usu forensi hodie satis est, parti restituere impensas. Praetera requiritur illud, ut temerario litigatori a iudice dictetur mulcta. Neque parti tantum temere accusatae restituantur expensae: verum etiam solvatur ei tantum, quantum satis est illi quotidie ad uictum & cultum. LANDS ORDN. *part. III. tit. 11. p. 123. solle die* GERICHTS-KOSTEN *tragen; auch sonsten* STRAFFE *erlegen; und der parthey* ZEHRVNG *30. kreutzer einem reitenden, und 20. kreutzer einem zu fuss gehendem dess tages gelegt und bezahlet vverden.*

Poena TEMERE LITIGANTIVM. 1) impensae. 2) mulcta. 3) ad uictum & cultum parti.

§. XXXV. Difficillimum in hoc tribunali est problema iuris illud: *num adpellatio ad suprema S. R. I. tribu-*

ADPELLATIO a landuogtia an ad

CAMERAM vel CVRIAM imperialem deuoluenda an ad regimen OENIPONTANVM

tribunalia fieri debeat; an vero ad Austriacum regimen Oeniponti? Sunt iureconsulti, qui causam responderunt, ex utraque parte. Imo *camera imperialis*, solicita de proferendis suae iurisdictionis limitibus, detulit *adpellationibus*, a Sueviae landvogtia factis omnino. Deinde cum A. BVLLA *tit. VIII. & XI.* privilegium de *non adpellando* indulserit *electoribus* tantum: neque Austriacum extra *Austriae* limites proferendum. Praesertim cum PORVSSIAE REGIS exemplum doceat, iuxta *Brandenburgicum* marchionatum *electoralem*, in aliis prouinciis locum esse adpellationibus. Quapropter eo minus dubitari de illis possit in *Sueviae landvogtia*, quod *praetor provincialis* non tam Austriae archiducis vicarium agat, quam *comitis provincialis Sueuiae*, *des* GRAVLANDVOGTS. Neque *Austriaci* de *non adpellando* privilegii favor maior esse queat, quam *archiprincipis electoris*. Accedere, quod ipsi Austriae archiduces ideo noluerint, ad hoc *tribunal provinciale* a reliquis Sueviae ditionibus suis provocari: ne illi plus iusto dare viderentur. Clare *in part. II tit. 4. p. 52. So viel die* OESTERREICHISCHE LEHEN, *und unsere* EIGENTHVMS VNTERTHANEN *in* SCHWABEN *betrifft*, *dieselbe*, *in krafft Oesterreichischen privilegien*, (adversus iurisdictionem concurrentem) *fürnehmlich abfordern und die remissiones* (id est immunitatem a provocatione ad landvogtiam) *begehren sollen. Auf welchen falle*, *da keine* EHEHAFFTIN *mit unterlauffen würde, der* REMISSION *statt zu geben.* Idem repetitur & inculcatur uberius *part. III. tit. 12. pag. 128.* Cum igitur ipsi Austriaci duces vela contrahant landvogtiae, non esse, quare haec expandi debeant iusto magis, ut suprema S.R.I. tribunalia declinent. Demum

mum exempla plura, in IVDICIO CAMERALI *des Reichs Cammergerichs* praesertim, adesse, unde usus doceri queat, quod causae in landvogtia ventilatae, eo, remedio adpellationis, fuerint devolutae. De quibus ROSENKORB *in praxi forensi c.108.* ZINZERLING *de adpellat. thes. 69. litt. g.* GYLMANNVS *tom. 3. symphorem. p.173. 241. 242. & tom. I. part. 2. tit. 17. p.321.* idemque *tom. VI. c. 2. 8. Ioh. Francisc.* BALTHASAR, Boioariae iureconsultus, *de iudiciis S. R. I. membr. VII. n. 7.* quibus addi potest SCHNEIDER *in processu iudicii Sueviae provincialis class. III. tit. 4. n. 36.* BESOLDVS *de adpellat. c. 2. n. 19.* Verum enimvero Austriaca domus sustinet hodieque illud: quod adpellatio a iudicio hoc provinciali fieri queat nonnisi OENIPONTVM, ad regimen Austriacum & innexarum provinciarum. Definit hoc ipsum *die* LANDGER. ORDN. *part. III. tit. 12.* qui est de *adpellationibus* sigillatim. Verba eius tituli sunt, quae sequuntur: *der punct der* ADPELLATION *stehet allein einem* LANDRICHTER *und gar mit nichten den* VRTHELSPRECHERN *landgeriches zu.* Nam uti adsessores ciues sunt *quadrurbis*, uere imperiales: ita sibi omnino metuit Austriaca domus, ne hi potius suffragentur, pro adpellationibus, ad CAMERAM IMPERIALEM indulgendis. Quapropter causam *adpellationis* vendicat soli praetori, adsessoribus exclusis. *Der* LANDRICHTER *soll auch keine adpellation an das* KAYSERLICHE CAMMERGERICHT *annehmen.* Sed quare nulla hic mentio IVDICII IMPERIALIS AVLICI, quod hodie declinant ex eadem causa? Condita LEX an. 1562. quo tempore AVLICI IVDICII dubiae natales. Hinc *p. 128.* brevi post: *solle weder an einen* RÖM. KAYSER *oder* KÖNIG, *noch das* REICHS CAM-

MER-

MERGERICHT *appelliret; suppliciret; noch kein vvegerung bey dem reich und desselben* CAMMERGERICHT *angenommen vverden, bey pœn 1000. marck lœttigs goldes.* Fit ergo hic mentio Caesaris & imperii, id est, COMITIORVM atque CAMERAE: non AVLICI tribunalis. *Sondern allein für einen regierenden* ERTZ-HERTZOGEN *zu Oesterreich und desselben Fürstliches Cammergericht gen* YNSPRVGG. *Als nechsten und immediatum* LANDES-FVRSTEN *und des freyen landgerichts in Schvvaben* OBER-RICHTER. *Von gemaines rechtinn, gebrauchs und des hauses Oesterreich sonderlichen vvohlhergebrachten freyheiten, Kayserl. erklärungen; verordnungen und gebothen vvegen. Dahin auch solche adpellationes und* SONST KEIN ORT *gehœrig. Wir vvollen ordnen und setzen auch; dass unser landrichter den partheyen, so an das* KAYSERL. CAMMERGERICHT *adpelliren, die acta und apostolos nit geben noch mittheilen solle. Sondern er solle, unverhindert solcher angezogener* CAMMERGERICHTS-PROCESS, *fürder in angefangenen rechten handlen und procediren.* Additur tamen definite summa adpellabilis QVINQVAGINTA CORONARVM. *Vnd sollen die adpellations-sachen an unser Oesterreichisch appellation-gericht (oder vorder Oesterreichisch Cammergericht zu Ynsprugg) und unter 50.* CRONEN *hauptguts berühren nicht zugelassen seyn. Ausgenommen die sachen, vvelche keine gevvisse achtung* (aestimationem) *leiden.* Addito, quoties uisum fuerit praetori, præstando IVRAMENTO ADPELLATIONIS. Vnde facile est ad intelligendum, causas recusandae adpellationis ad suprema tribunalia imperii. Nam principio dici potest, quod *priuilegium de non adpellando* indultum sit Austriacis ad parcendum *principum*

cipum honorem, ne ille lacesseretur in eo, si sententia illius uocaretur in dubium uel ob partium studia uel iuris imperitiam. Quod utrumque *iudicio principali* est indignissimum. Cum uero eadem sit principis eiusdem persona siue iudicet, qua *Austriae archidux* siue qua *dominus Sueuicae landuogtiae*; inconcinnum fore prorsus, parcere nunc principis iterumque eius non parcere. Intelliget AVSTRIACA AVGVSTISSIMA domus exemplo hoc suomet, quam graue & iniquum sit, BRANDEBVRGICI ARCHIPRINCIPIS priuilegium de non adpellando curari ac coli in sola *marchia*; in aliis prouinciis, illius dominio subiectis, illud negligi & postmitti. Si nefas, a Leopoldo adpellari in Austria, est nefas fieri idem in Sueuia. Nam priuilegium tale non *prouinciae* datum; sed *principi*. Et quis dixerit, subditos archiprincipatus electoralis uilioris sortis esse, ob negatas adpellationes; quam alios in simplici principatu, territorio aut dynastia?. Et hae priuilegii angustiae sunt prorsus sine exemplo. Quoniam illud uniuersim est uerum: quod ubicunque princeps instructus est priuilegio de non adpellando, ibi adpellationes cessant non in una aut alia prouinciis; sed in singulis ac uniuersis, addictis imperio eiusdem. Doceri id potest facile exemplis *Boiariae*, *Brunsuicensium* atque *Würtenbergicorum* subditorum, qui omnes causae Austriacae in eo patrocinantur, quod exulent adpellationes apud illos cum in pristinis, tum in prouinciis illis, quae post demum accesserunt principibus, priuilegio de non adpellando munitis, incremento singulari. Taceo, quod LANDVOGTIVS siue *praetor Sueuiae prouincialis* Caesaris agat vicarium, quod tribunal

illius sit imperiale, etiam ideo adpellationibus non indulgendum. Instar praefecti praetorii *l.1. §.1. de officio praef. praet.* aut iudicis magnifici *l.37. C. de adpell.* a quorum sententiis adpellare, pariter nefas. Quod cum ita sit, causas omnino habet Austriaca domus: *quare ab hoc Sueviae tribunali partibus non indulgeat adpellationes ad suprema S. R. I. iudicia & curiam imperialem.* Neque obest illi, quod tamen *exempla* sint ex adverso, caussarum, ad *cameram* inprimis, inde devolutarum. Nam, tale quid *iure* factum esse, frustra adfirmatur. Neque est aliquid novi, *cameram imperialem*, si quidem eidem licuerit in propria causa iudicium ferre, peccare in nimio atque tangi studio limitum iurisdictionis ampliandorum. Quod vero subduxerit Austriaca domus Sueviae ditiones suas huic tribunali: illud non est huius oleae. Cum ponendum hac omnino in *Austriae* archiducum arbitratu, qui sibi suisque dare modos possunt & nominare vias, quas in re iudiciaria subsequantur. Mentionem huius litis etiam fecere LYMNEVS *lib. V. iuris pub. c. 2.* MYLERVS *ad A. Bullam part. II. dissert. 2. c. 11. §. 6.* & plenius dn. praeses in A. BVLLA ILLVSTRATA *tit. VIII.* atque *XI.* ubi de argumento adpellationis singularia prorsus.

Num *Sueviae* LANDVOGTIA sit *expungenda?*

§. XXXVI. Ceterum Sueviae ordines hoc tribunal SVEVIAE LANDVOGTIAE irretortis oculis inde a temporibus antiquissimis intuiti sunt, ut demum *iuris publici quaestio* esset singularis: NVM SVEVIAE LANDVOGTIA MEREATVR EXPVNGI OMNINO AC TOLLI? In pacificatione *Osnabrugensi* illud actum sedulo, ut eo permoverentur pacificatores, ad cogendum Austriacam domum, quo SVEVICAE LANDVOGTIAE mitteret nun-

nuntium. Iisdem etiam telis impetitum tum fuerat TRIBVNAL ROTHVVILENSE, quod a nostro prorsus alienum. Prodierunt ideo *duo* LIBELLI, quorum unus LANDVOGTIAM uoluit SVBLATAM: alter vero TVITVS est eandem *apologia* singulari. Vterque est impressus *typis* nostri aeui in forma intermedia; qui facile potest evolvi. Argumenta illorum, qui LANDVOGTIAM, ut ulcus Sueviae, voluerant eradicari, fuerant haec fere. *Principio* esse hoc in *Suevia* sine exemplo ullo, quod sibi in territoriis immediatorum S. R. I. ordinum aliquis adroget iurisdictionem *concurrentem*. Tempore *Carolingorum* talia in usu fuisse, qui in provinciis omnibus suos aluerint habuerintque MISSOS, hoc fine, ut subditi vel coram *illis* potuerint litigare vel coram iudice *ordinario*. Verum *postcarolingica* tempora exigere mores alios, in quibus ordines S. R. I. consecuti sint *iurisdictionem* in suos privative, ut exulet omnino *concurrens* Caesaris *iurisdictio* in Germania universa. REPONO, esse omnino vera haec: sed, cum *Sueui* hoc tribunal *landvogtiae* semel agnoverint: porro nefas esse, illud declinare & negligere. Deinde urgent, etiam in FRANCONIA eius generis fuisse *landvogtias*, quibus ab imperatore inauguratus sit olim COMES HOHENLOICVS. Qui tamen seculi moribus cesserint, quod velit unius territorii non nisi dominum ac iudicem unum. REPONO, quemque obligari suo pacto & facto; quo *Austriaca* domus se nunquam obstrinxit ad *landuogtiam* derelinquendam. Quod si alii haec postmiserint iura, illud damno esse non posse Austriacis. *Praeterea* concurrentem hanc *landvogtiae* *iurisdictionem*, ut insolitam, ita perniciosissimam esse ordi-

Rationes ADFIRMANTIVM.

ordinibus, partibus, ipsis S. R. I. supremis tribunalibus. Nam parere ordinariis magistratibus contemtum & despectum; subditos abstrahere ab officiis; litigatoribus facessere negotium; imo destituere cum *imperialem* curiam, tum *cameram* adpellatione; turbare quoque leges ipsas & statuta, quae in tot Sueviae territoriolis differant admodum, quorum omnium *praetor provincialis* habere nequeat curatam notitiam. *Repono*, ea, quae iuris sunt, destruenda non esse ex rationibus consilii, decori, commodi. Illud satis esse, quod Austriaca domus, utendo suo iure & iurisdictione, nemini faciat iniuriam. Deinde partibus litigatricibus id gratum valde, quod deligere queant ex duobus iudicibus illum, qui eis optimus videatur. S. R. I. tribunalia quae obmovere queant, huc parum facere, cum tangant iura tertii. Verum in *statutis* observandis, nisi praetor provincialis (*der landrichter*) suffecerit, eidem possunt aurem vellicare in hoc argumento XII. consiliarii adsessores. Qui ideo patrii moris debent habere peritiam singularem. Res alias levioris momenti praetereo. Sane *pacificatores Osnabrugenses 1648.* rem hanc reliquerunt in medio commendaruntque eandem comitiis. Est, enim INSTR. PAC. OSNABRVG. *art. V.* §. 56. his verbis conceptus: *Denique cum etiam de abolendis* 1) CVRIA IMPERIALI ROTWILAE. 2) IVDICIIS PROVINCIALIBVS SVEVIAE *& aliis hinc inde per imperium hactenus usitatis, mentio iniecta fuerit resque haec gravioris visa sit momenti: de his quoque ulterior deliberatio ad proxima* COMITIA *remissa esto.* Sed pleraque horum, quae sic remissa sunt, remissa intelligi debent ad kalendas Grae-

cas

cas, iudice legato comitiali, admodum illustri teste HENNINGESIO *ad h. l. p. 794.*

§. XXXII. Propterea pagus SVEVIAE universus multoties instituit repetiitque querelas ac preces de hoc *iudicio provinciali* demum tollendo & interdicendo publica imperii lege. Inde eius apologia prodiit: *Deduction und information, daſs dem hauſs* OESTERREICH *durch abolition deſs* SCHWAEBISCHEN LANDGERICHTS *vvider ihre privilegia nichtes zugemuthet vverden kan,* Oeniponti 1658. in 4t. Contra ab ordinibus edita: *Gravamina adversus Sueviae indicium provinciale Austriacum,* pro illo abolendo 1666. in 4t. Quorum libellorum momenta singularia requiri possunt ex §. praecedente. Anno certe 1658. cum *Sueviae ordines* serio rursus ursissent argumentum idem in consessu ELECTORVM *Francofurti*, permovere hi demum S. R. I. candidatum LEOPOLDVM, lenissimi ac optimi ingenii principem, ut non solum spem faceret tollendorum abusuum: sed etiam ab hoc tribunali indulgeret ADPELLATIONES ad CVRIAM IMPERIALEM & CAMERAM. Imo ipse agnosceret casuum *reservatorum* (*der ehehafften*) numeros adauctos plus iusto. Formula ideo conceptis verbis addita CAPITVLATIONIS *artic. XVIII. Als auch von Churfürsten, Fursten und Ständen so vvohl vvider das Kayserl. hofgericht zu Rothvveil, als das* WEINGARTISCHE *und andere landgerichte in Schvvaben* (Ravensburgae, Wangae, Isnae) *allerhand groſse beschvverung vorkommen* (de quibus in §. praecedente); *auf unterschiedlichen* REICHSCONVENTEN *angebracht und geklagt: dahero auch im friedens-schluſs* (Art. V. § 56.) *deren abolition halben allbereit veranlaſsung geschehen: so vvollen vvir, biſs solchen vvirck-*

Qui in CAPITVLATIONE *landuogtiae* huius CONTRACTI limites?

LEOPOLDI 1658. die 18. Iulii.

vvürcklich aus dem grund abgeholffen und von der ABOLITION *erstberührter hof und landgerichte auf dem nechsten reichs-tage ein gevvisses statuiret vverde; ohnfehlbarlich daran seyn: dass die, eine zeithero vvider die alte hof- und landgerichts-ordnung extendirte* EHEHAFFTS-FAELLE *abgegethan, und die dabey sich befindende excessus und abusus (zu vvelcher erkundigung vvir ohninteressirte reichsständ ehestens deputiren vvollen) forderlichst aufgehebet: sonderderlich aber Churfürsten und Stände bey ihren davvider erlangten* EXEMPTIONS-PRIVILEGIEN, *ungeachtet solche cassiret zu seyn vorgevvendet vverden möchte.* (Nam §.17. dictum, privilegia data fuisse huic iudicio adversus privilegia) *handgehabt vverden. Vnd nechst deme iedem gravirten frey stehen solle; von mehr ervvehnten hof- und landgerichten entvveder ad* AVLAM CAESAREAM *oder ans* KAYSERLICHE *und das* REICHS-CAMMERGERICHT *zu Speier, ohne einige unsere vviderred und hinderung zu* APPELLIREN. *In alle vvege aber vvollen vvir der Curfürsten und ihrer unterthanen auch anderer von alters hergebrachter* EXEMTION *von vorberührten Rothvveilischen und andern gerichten bey ihren krafften erhalten und sie davvider nicht turbiren, noch beschvvehren lassen.* Omnia haec terse significanterque. Verum caruere tamen consilia fere successu. Quod teste comitiali plenae fidei scimus, HENNINGESIO *ad Instr. Pac. art. V. §. 56.* Hinc diu post an. 1690. eadem uerbis pene iisdem repetita

IOSEPHI 1690. sunt in *capitulatione* IOSEPHINA *artic XVII.* Nisi quod praeterea sit additum hoc; MOGVNTINO *archiprincipi* electori hanc curam demandandam, cogendi concilium ordinum S.R.I. de hoc iudicio emendando uertendo-

que

que in statum meliorem. Iacuit res iterum usque ad CAROLI VI. 1711. die 12. Octobr.
electionem augustalem, CAROLI VI. anno 1711. Tum enim
Sueuiae pagus Francofurtum legatos misit instruxit-
que eos hoc mandato: ut, si fieri posset, nunc demum
hoc *iudicium prouinciale* tolleretur e medio deleretur-
que illius memoria. Verum uti augustissimus tum impe-
rii candidatus principio statim consessui electorali fecit
spem deditque fidem, per internuntium suum primarii
ordinis legatum; nolle se a *formula imperii*, cui FRATER
gloriosissimae memoriae subscripsisset, latum unguem
discedere; si quidem DEI NVMEN uellet, ut eligere-
tur eius in imperio successor: ita etiam NOVEMVIRI PRIN-
CIPES recusarunt, legem eius duriorem reddere. Inde
ARTICVLVS XVIII. ex Iosephina desumtus ac descri-
ptus est in CAROLINA uerbatim, etiam in cura hac de-
mendata rursus curiae Moguntinae: *Vnd solches* (de
uisitatione & emendatione prouincialis iudicii sermo
est) *an die* CHVRMEINZISCHE *Cantzeley, um dass von dan-
nen denen übrigen dess H. R. R. Churfürsten, Fürsten und
Ständen davon nachricht gegeben vverden möge, notificiren
vvollen.* Sed negotio huic manus neque dum admotae.
Imo, quod magis est, solent exempla ORDINATIONIS
PROVINCIALIS recudi etiamnunc sub titulo pristino:
dess freyen Kayserlichen LANDGERICHTS, *in obern und nie-
dern* SCHWABEN, ORDNVNG. *Oeniponti* apud Danielem
Paur 1618 in 4to. Vbi & *adpellationes* prohibitae ad su-
prema S. R. I. tribunalia & pristini *reseruatorum casuum*
numeri ac nomina: licet ex lege publica, *capitulationis*
ARTIC. XVIII. utrumque fuisset expungendum & emen-
dandum & nunc & olim. Ceterum clare & definite
FERDINANDVS I. imperator, in constitutione an. 1562.
prae-

praemiſſa *codici legum* Sueuiae *landuogtiae*; quod has dederit Sueuis non qua imperator; uerum qua princeps, ut formula habet: *aus landsfürſtlicher macht, vollkommenheit auf uns und unſre erben.* Caeſare digna uox: Germaniae principibus ſalua omnino legislatoria iura ſine Caeſaris interceſſu & auctoritate.

HISTORIA Sueviae, LANDVOGTIAE. Sub a) REGIBVS ad an. 497.

§. XXXVIII. Ad extremum operae etiam pretium illud eſt; ut indagemus in huius IVDICII PROVINCIALIS ſive *landvogtiae* originem eamque ultimam. Mallem hic diſcere, quam docere. Liceat vero in rebus adeo vetuſtis & ambiguis uti opinionibus & coniecturis. SVEVIA, tertia quondam Germaniae magnae pars, principio in *ſegreges familias* diviſa, REGIBVS paruit ſive uni ſive, pro ditionum multitudine, pluribus. Horum auctoritas ſe exeruit in bello maxime, TACITVS *de M. G. c. 7.* Nam, *qui* IVRA *per pagos vicosque redderent, electi* PRINCIPES *in comitiis.* CENTENI *ſingulis ex plebe* COMITES *adſunt.* Igitur *duo iudicum* genera fuere tum. Vnum eorum, qui *concurrentem iurisdictionem* habuere per Sueviae pagos & vicos univerſim (*einen mitlauffenden gerichts-Zwang*): alterum eorum, qui *praefecti* ſingulis *centenis* ſigillatim, inſtar iudicis aut *magiſtratus ordinarii* ac proprii cuique loco. Illi noſtro *principes* audiunt: hi autem *comites.* Illi electi e *proceribus* & nobilitate: hi e *plebe.* Illos nominarunt *comitia*: hos *incolae* loci cuiusque, cetera. Quod omne ſi mecum expenderim; opinor, illos cum noſtro praeſide provinciali (*dem landrichter*) omnino conferendos: hos vero cum iudicibus & *magiſtratibus ſingularibus*, loco cuique propriis. Sed anno CCCCXCVI.

FRAN-

FRANCORVM rex CHLODOVAEVS regnum SVEVORVM evertit redegitque Sueviam in formam FRANCICAE PROVINCIAE. Nam in *Tolbiacensi* (*Zülch* in Coloniae Agripinensium finibus) clade, rege Suevorum occiso, hoc destituti populi superstites vel fugam dederunt *Helvetiam* Italiamq; versus, a *Gothorum* rege Theodorico in tutelam recepti vel, quod in hodierna Suevia *Neccarique* ac *Moeni* fluviorum viciniis contigit, victoribus Francis obsequium ac subiectionem iurarunt. Quae historia optime intelligitur ex epistola Theodorici regis ad victorem Chodovaeum, quam nobis servavit CASSIODORVS *lib. II. ep. 41.* Nomen Sueviae regis prostrati & devicti silent istius aevi historici, quod etiam desiderat cultissimus VALESIVS *lib. VI. rer. Francic. p. 256.* ubi nomen ex Eugepio restituere vult GIBVLDI, licet titubanter. Fueritne causa belli perfidia *Suevorum*, Francis addictorum foedere? vel Chlodovaei insatiabilis habendi cupido? vel clericorum artes ad Suevos paganos adducendum ad fidem & formulam CHRISTI? incertum. Nam perhibent, victori *Chlodovaeo* (Ludovico, Luduino, Luthovicio, omnia haec synonyma, quae differunt in barbari aevi diversis dialectis) tum ostentum sacrae crucis praevolasse atque hanc victoriam divinavisse. FRANCICA igitur FORMVLA SVEVIAE in iure dicundo fuerat haud dubie haec: *ut quidem cuique loco essent proprii magistratus: sed praeterea Franciae reges alerent in Suevia* DVCES *sive praefectos ac praetores provinciae, quorum iurisdictio concurrens per* SVEVIAM VNIVERSAM, *iuxta orainarios cuiusque loci magistratus.* Non opus est testibus hic singularibus. Nam in mores tum iuerat Franco-Galliae universim: ut provinciae omnes regerentur

h) Sub FRANCIS RR. inde a Chlodovaeo 469.

tur pace belloque per nominatos & constitutos DVCES. Quorum munera, dignitatem, potestatem, iurisdictionem officiaque descripsit *Ant. Did.* ALTESERRA in opere utilissimo *de ducibus provinciarum.* Etiam inde a temporibus fere *Chlodovai 496.* SVEVIAE DVCVM catalogos descripsere *Goldastus; Obrechtus; Pfeffingerus; Bucelinus,* ut taceam Sueviae scriptores vulgares & fabulosos, praesertim in vernacula. Vti vero DVCIS tum significatus fuerat, usu Franco-Galliae universae, talis; ut notaret regalem *administrum, officialem, vicarium,* qui provinciam regeret, non proprio iure; verum *administratorio* tantum: ita insolentia, instar pestis, invasit corripuitque DVCVM animos, quaquaversum patuere Franco-Gallicae provinciae, ut sibi, quod *administratorio* nomine habuere, adrogarent *iure proprio* seque *dominos* magis exhiberent, quam *officiales & administros* regum. Ad hanc INSANIAM DVCVM corrigendam & retundendam Franciae reges alios officiales *miserunt* in provincias, quos *camerae nuntios*, id est, *regalis fisci missos* adpellarunt, qui DVCES & observarent & denuntiarent, si quidem plus iusto sibi sumerent. Praesertim in Suevia opus fuerat medica manu, quo ibi maior ducum insania & rabies fuerat: ut Merovingicis regibus, dominis suis, facesserent negotium cogerentque eos ad arma corripienda adversus SVEVIAE DVCES REBELLES multoties. Factum hoc fuerat ab an. 687. maxime, ex quo tempore scilicet, Francicorum regum deminuta auctoritas & proditus in annalibus stupor & ignavia. Gravis locus est ERCHANBERTI (*), qui huic conversioni ad-

(*) *In rerum Franc. sc. Freheri tom. I.* p. 168. Cuius verba iudiciaque, de hoc argumento prodita, sunt haec: *an. 687.* PIPINVS *suscepit principatum. Hinc*

fert

fert insigne lumen. Ex hoc itaque attenuata & concisa DVCVM SVEVIAE auctoritas atque *camerae nuntiis* plurimum fuit datum. Qui ideo eodem saepius nomine cum *ducibus* compellantur commiscenturque a scriptoribus horum, discriminum ignaris.

§. XXXIX. Sed TERTIA SVEVIAE CONVERSIO sequitur, CAROLI M. optimum consilium hoc: ut DVCVM EXTINGVERETVR nomen & munus infestum Francico regno & effrene ac licentiosum proiectumque ad nihil non audendum & sibi adrogandum. Igitur abhorruit ipse a SVEVIAE DVCE non minus, quam olim Romani ab invidioso verbo *regis*, ob tristem & tragicam *Tarquinii superbi* memoriam. Imo cum maiores Caroli M. & ipsi DVCVM in Franco-Gallia spartam exornavissent atque sumpsissent tanta sensim incrementa, quae demum evasere in potentatum, quo rex CHILDERICVS cuius administri fuerant, regno exutus & privatus est; *diademate, sceptro, purpura, throno & regno Franco-Galliae* delatis demum PIPINO, patri illius an. 751. certe ideo tantum non regicidii reo, nisi prosperi iniquissimi consilii eventus ac fortunae iudicia mortalium egissent in transversum; ut vitia eius palliata adpellarent virtutem: facile fuit ad providendum & praesentiendum eidem; cavendum esse reipublicae ab his ulceribus, ut adeo DVCIS & administri REBELLIS nomen haberet instar synonymorum odis-

c) Sub CAROLINGIS ab an. 768. SVEVIAE DVCVM nomine extincto prorsus.

Suanos, Bauivvarcos, Toringos, Saxones, *crebris irruptionibus suae ditioni subiugauit. Hae enim gentes & aliae plurimae, multis sudoribus acquisitae* FRANCORVM *summo obtemperabant imperio: sed, propter* DESIDIAM REGVM *& bella ciuilia*, LEGITIMAM DOMINATIONEM DESERENTES, *singuli in proprio solo armis* LIBERTATEM *moliebantur defendere.*

setque

ſetque illud angue magis. In SVEVIA igitur inde ab an. 768. DVCIS nomen inauditum porro ſublatumque: eius loco CAMERAE NVNTIIS, id eſt, fiſci regalis ſubſtitutis adminiſtratoribus. Qui haud dubie pariter *ſimultaneam iurisdictionem* cum ordinariis magiſtratibus habuerunt. Nam clare ac definite dicitur, communi ſcriptorum conſenſu, quod SVEVIAE *ſummam* omnemque habuerint curam. Retinuit enim illos a perfidia ac inſolentia hoc: quod eorundem eſſent duo & plures, ne omne momentum penderet ab imperio unius, ut olim, *ducis*.

inde CAMERAE NVNTII tantum.

§. XL. Licet vero aliquo tempore deinceps ſe continuerint ſub *Carolingicis* Germaniae REGIBVS intra muneris ſui limites: poſt tamen quam ARNVLPHVS ſuffragio magis populi Germanici, quam lege ſtricta ad regnum perveniſſet; deinde LVDOVICVS *infans* ſequeretur non alio, quam patrio iure: hi ipſi *camerae nuntii* adfectarunt paulo SVEVIAE dominatum, adpellati ideo DVCES paſſim a ſcriptoribus *nova anaſtaſi*. Nam uti in aliis tum provinciis; ſic in Suevia quoque vicarii *adminiſtratores* ſibi plus iuris adrogarunt. Hoc quidem tegumento, quaſi ſtirps Carolingica, *legitima* quidem, in CAROLO *craſſo* extincta, & filius Carolomanni *naturalis* ARNVLFVS eiusque filius LVDOVICVS ex indulgentia populi magis, quam iure haberent regnum. Sunt notiſſima fratrum ERCHANGERI atque BERCHTOLDI camerae nuntiorum hoc nomine ab hiſtoricis notata crimina & ſupplicia, quae capite luerunt an. 917. ſub *electitio* rege Germaniae novello CVNRADO primo. Quam converſionem deſcribit plenius EKARDVS *monachus S. Galli*, vere quidem: ſed iudicio minus

d) Carolingica ſtirpe extincta demum an. 917 iterum DVCES, qui ii etiam, quam SVEVIAE DOMINI.

minus recto, quod causam neque intellexerit neque indicauerit huius adrogationis. Quae alia non fuit, quam haec. Quod *Carolingica* stirpe iam prorsus extincta, FORMVLAM GERMANICI REGNI migravissent populi, ad quos ideo rediisset summa rerum indeque *potentatus*, non aliis, quam his *camerae nuntiis* deferendus. Sane quo iure *Otto*, Saxoniae administrator, sibi omne imperium in *Saxonia* sumpsit; eodem sibi idem in *Suevia* adrogaverunt hi fratres, camerae nuntii. Quod docuit postea eventus. Nam utroque capite truncato, non ideo *Suevi* hoc dedere CVNRADO regi electitio, ut illis iterum praeficeret *camerae nuntios* sive administratores vicarios. *Dominum* sui territorii *proprium* re quisivere, iure cum aliis Germaniae provinciis communi, qui idem sibi sumpserant impune. Quod cum intellexisset demum CVNRADVS I. rex: pariter indulsit SVEVIS adpellavitq; novum *ducem* BVRCHARDVM, qui ante, *Suevici populi* arbitratu, *potentissimus Sueviae princeps* fuit, quam an. 918. pace novi regis CVNRADI nomen accepisset SVEVIAE DVCIS. Nobis historia sufficit ad publica Sueviae iura intelligenda & indicanda, licet scriptores, glaucomatae *pristinae* Sueviae *formulae Carolingicae* occupati, obductique, misceant omnia turbentque. Nam ex hoc demum tempore SVEVIAE DVCES rerum *domini* facti sunt iure ac merito, haudquaquam, ut ante, *officiales* & administratores. Quod facile est ad intelligendum, dummodo attenderimus factis rebusque gestis DVCVM ex hoc tempore. Vnde constabit luce meridiana clarius, eosdem exercuisse, suo arbitratu, *belli* ac *pacis* iura cum iisque cetera REGALIA omnia, id est, SVEVIAE SVPERIORITATEM, ac potentatum, sine ullo regis Germaniae interccessu aut

iniuria. Ibimus per ſummam & pleraque oſtendemus indice digito; quae deinceps quilibet facile adaugebit corroborabitque teſtium ac monumentorum idoneis nominibus ac numeris.

Probatur res magni momenti 1) a ſignificatu DVCIS, cui *fiſci* iura & *regalia* ab an. 917.

§. XLI. *Principio* notationem meretur: quare SVEVI porro recuſaverint NVNTIVM *camerae*, requiſiverint autem DVCEM? quodnam inter *primum* nomen & *alterum* diſcrimen? Prodit arcanum EKKEHARDVS *de caſib. S. Galli c. 1.* his verbis: *nondum adhuc illo tempore* SVEVIA *in* DVCATVM *redacta: ſed fiſco* REGIO *peculiariter parebat, ſicut hodie &* FRANCIA. *Procurabant ambas camerae, quos ſic vocabant, nuntii.* Quot verba, tot iuris publici lumina. *Primo* FISCI docet diſcrimina dicitque olim *Sueviae fiſcum* Caeſaris fuiſſe; poſt *ducis.* In fiſci autem iuribus nomina *vectigalium*, *monetarum*, *metallorum*, *mulctarum*, *tributorum*, *domaniorum* omnis generis. Quae cum olim fuiſſent *imperatoris* ſolius; nunc illa ſint ſolius *ducis* ſiue principis territorialis Sueviae. Deinde confert priſtinum *Sueviae* ſtatum cum *Francia* Rhenenſi, quae etiamtunc permanſit in *Caſaris domanio* idque *peculiariter.* Aliis nempe provinciis inſtructis *duce* ac *domino* rerum peculiari. Porro *camerae nuntios* definit regalium redituum receptores. Quorum munus iamnunc ceſſet, poſtquam *Sueviae reditus* cedant *principi* ac *duci Sueuiae*, uti quondam imperatori. Num vero ſui ita oblitus fuerat Cunradus I. rex, ut ſe imperiumque deſtitueret totius provinciae reditibus, commodis, tributis? Nefas eſt, credere hoc de principe, tantopere attento ad rem alias. Igitur non ipſe haec otia & commoda fecit SVEVIAE DVCI; ſed Sueviae populi, ſtirpe Carolidarum extincta, voluerant peculiarem ſibi

2) *electione* POPVLI, non Caeſaris.

bi dominum, principem, ducem. Atque hoc est, quod scriptores tum de hoc duce Burkhardo, tum de aliis habent: *eundem Sueviae principum* (id est primi ordinis statuum provincialium) *adsensu statutum primum ducem.* Verba sunt EKKEHARDI *c.2.* Idem, sed clarius de BERTHOLDO II. an. 1092. quod *principes Alemanniae unanimiter conuenerint sibique ducem totius Sueviae constituerint*, declarant *fragmentum* ANONYMI *præmissi Alberto Argentoratensi* apud *Vrstisium*; BERTHOLDVS *Constantiensis* aliique. Addit, fide tabularii, qua scripsit, HARTMANNVS *in annalib. Heremi p.31.32.* quod Sueviae populi ante non potuerint pacari, quam illis daretur DVX ac princeps peculiaris Burkardus. Quapropter recte *Sueviae populos* incusat *Petrus ab* ANDLO, quod, extinctis Hohenstaufiis, neglexerint *sibi elegere ducem.* Quoniam hunc ipsi nominare potuerint; non expectare debuerint demum a Caesare & imperio eundem. Quid? quod RVDOLPHVS I. imperator neque hoc sibi adrogaverit: vel reliquias & lacinias parvas *domaniorum* ducis Sueviae extincti, CVNRADINI, filio suo conferre, nisi ordinum imperii arbitratu & decreto. Vti igitur Germaniae regis vel imperatoris olim fuerat. *Sueviae administratores* dare pro lubitu: sic constituere *duces* seu *principes Sueviae*, rerum dominos, nequibant, nisi Sueviae ordines, salva tamen *inauguratione* eorundem, a Caesare peragenda. Pergimus ad SVEVICI POTENTATVS insigniores effectus inde ab an. 917. Fuerat olim penes Caesarem aut Germaniae regem: Sueviae administratoribus *bella* imperare; procurare *pacem*; pangere *foedera*; imperare *tributa* rerum hominumque. Verum ab an. 917. id est a tempore stirpis *Carolingicae* extinctae & Sueviae *imperialis* conversae *in ducalem*: primi statim DVCIS elucent omnia haec iura,

3) BELLA *Sueviae penes ducem, non Caesarem.*

ra, insignium exemplorum cumulis. Movit ipse cum EXERCITV SVO, non imperiali; suoque *arbitratu solo*, non ita iubente aut volente demum Germaniae *rege Henrico* aucupe, adversus *Burgundos* & iterum, in horum societate, in *Italiam:* FOEDERA cum primis nunc pepigit nunc rupit, ut libuit ita licuit: PACEM nunc dedit, nunc accepit, ut fortuna fuit, nulla lege aliena obstrictus. Otium perderem, si nominarem testes, cum historia loquatur. Praeterea, quod magis est, ipse etiam cum HENRICO *aucupe* conseruit manum. Quem is ut *hostem* habuit devicitque: non punivit, ut *rebellem* aut *perduellem* aut capite truncavit, instar utriusque camerae quondam nuntii. Clare WITTEKINDVS *lib. I. p. 637. ad an. 920. Henricus, rex factus, perrexit cum omni comitatu suo ad pugnandum contra* BVRKARDVM, *Alemanniae ducem. Ita cum esset bellator intolerabilis* (non proditor perduellis), *sentiebat tamen, quia valde prudens erat, congressionem regis sustinere non posse* (nullam perduellionis poenam metuebat) *tradidit semet ipsum ei* (uti vasallus ac princeps clientelaris, non ut servus aut reus criminis) *cum universis urbibus & populo* SVO. Inde rei argumentum certissimum, populum *Sueviae ducis* fuisse; non *regis*. Imo, quod eventus docuit, BVRKARDVS *Sueviae potentatu* nequicquam destitutus est ideo: verum id tantummodo voluit *novus rex*, ut illi iuraret clientelam ac fidem; *reliqua omnia ducalia* & *regalia iura*, formula ea, quam supra nobis dedit EKEHARDVS, sibi retineret etiam deinceps. Quapropter bella illius, quæ post duxit an. 924. cum in *Burgundia*, tum in *Italia* testatissima sunt historicis. Imo, licet noluerint *episcopi* & sacri *antistites*, uti in aliis Germaniæ provinciis, ita quoque in *Suevia* parere *ducibus;*

4) imo BELLA cum ipso CAESARE iterumque PAX.

sacri

ſacri muneris intuitu maxime; quod crediderunt, etiam deinceps ſe ideo pendere ab imperatore imperioque; aliter tamen *Burkardus*, qui *Sueviae* ſuae territorium tam arcte *clauſum* ſibique proprium eſſe voluit, ut ſacros antiſtites nominaret ipſe; quibus tamen, ut Caeſari fidem quoque darent, indulgeret; indiceret illis tributa & ſervitia militaria depoſceret ab eis *territorii princeps.* Exempla deſcribunt EKEHARDVS cap. V. HEPIDANVS ad an. 925. HARTMANNVS *in vita S. Wiboradae lib. I. c.* 25. Et licet hoc ducis imperium, militarium impenſarum ergo, minus eſſet ad cleri palatum; iuris tamen publici ratio non debet pendere aut turbari inanibus illius fabellis. Sufficiant haec de *origine iuris territorialis* in Sueviae ducatu ſcripſiſſe & arguiſſe per epitomen. Quod cum ita ſit; nullus dubito, adfirmare: SVEVIAE LANDVOGTIAM, ſi quidem fuerit tum, in manibus fuiſſe *ducis* ſolius, non *Caeſaris* aut imperii (*). Perſtitit in hac FORMVLA SVEVIA ſemper deinceps: ad quam exigi poſt omnino debent acta geſtaque deſcripta in hiſtoriis. Imo in viciſſitudinibus omnibus, quibus Suevia concuſſa ſaepe & agitata poſteris temporibus, difficile fuerit alias, aequum ab iniquo diſtinguere, niſi lydius hic lapis & FORMVLA SVEVIAE in manibus & oculis ſit: a qua *norma* quicquid abit, illud iniuſtum & praeter iuris ordinem, definitum ita ab anno 917. ad annum 1268.

(*) Eſt etiam ſententia haec rerum Suevicarum periti ſſimi viri, HEIDERI in actis *Lindauienſibus* p 578. & clarius p. 199. *Wie dann die landvogtey die reliquias deſs gantzen herzogthums Schwaben zuſammen gefaſſet.* De aliis diſcriminibus infra.

e) Stirpe HOHENSTAVFIA ipsoque ducatu extincto an. 1268. SVEVIA discerpta in PARTES.

§. XLII. Quemadmodum vero SVEVIA *tribus & dimidio* seculis perstitit hoc schemate & formula peculiaris in *Germania archiprincipatus*: ita eodem etiam iure gavisa est, quam SEX alii, *Boioaria, Saxonia, Francia, Thuringia, Vendia, Bohemia*, quibus Germanici imperii absolutum systema. Nam ille pariter clausi territorii iuribus tutus, cuius imperio subiecti Sueviae *comites, dynastae, ciuitates* (**). In *comitiis Suevia* collegio adscripta fuit S. R. I. ELECTORATVVM; DVCES eius non minus inter S. R. I. ELECTORES. Et, quoties imperator, solenni ritu, instituit *conuentum*, in quo illi, exemplo *Caroli M.* cui tum *reges* ad manus, *officia curialia* exhibuere archiprincipes: toties in his quoque classibus & numeris fuit SVEVIAE *dux*, qui nunc *cellae* praefuit, nunc *culinae*, iterumque *equis* aut *supellectili* imperiali, ut scilicet eo tempore, quo munera haec nondum provinciis adfixa, unum eorundem detulit ei vel aetas vel fortuna vel sors. Verum enimvero CONRADINO, ultimo *Sueviae duce* an. 1268. capite truncato, quae tragoedia scriptoribus est testatissima: *Sueviae ordines* discedere in partes maluerunt, quam de novo PRINCIPE ac DVCE eligendo in consilium coire. Scilicet cum in tempora *interregni* & vacantis imperii incidisset is casus funestus: e re singulis est visum sacris *antistitibus, comitibus, dynastis, civitatibus*; agere deinceps sine principe ac lege suique iu-

(**) Quod exempla docent. In *comitibus* quidem, etiam *palatinis*, indicauit nobis BESOLDVS *in monast. Bebenhusano* p. 358. *Tubingensem*, qui an. 1187. ideo Sueuiae ducis FRIDERICI rogauit habuitque consensum. HALAM *Sueuicam* nero ciuitatem, salinis diuitem, an. 1231. SVAM dicit *Henricus Sueuiae* dux donatque Denkendorfensi coenobio *unius patellae salis* ibi proprietatem, ut habet *idem* p. 465.

ris

ris esse neque porro subiici imperio *ducis*. Viderat hoc RVDOLPHVS I. nouus imperator. Qui cum desperaret, Sueviae ordines universos redigere sub imperium *ducis* unius: demum an. 1282. illud egit, ut *domanialia* Sueviae ducis praedia (*die Hertzoglichen aemter oder cammer-güter*), auctoritate decretoque comitiali Augustano, filio secundo genito RVDOLPHO conferrentur, instar *feudorum uacantium* vel *apertorum* imperio. Et licet eius filius IOANNES parricida iterum exciderit hac ditione an. 1308. Henricus VII. tamen *Austriacis* agnatis largitus est beneficium *investiturae* simultaneae ac mutuae, ut *Sueviae principatus* Austriacis pariter innecteretur. Sunt quidem vulgares scriptores, etiam synchroni, qui Austriacorum in *Suevia* iura adpellatione dignantur Suevici *ducatus*. Sed errant: nisi ducatum posueris in ducatu. Quo sensu WVRTZBVRGENSIS hodie antistes & principes NORIBERGENSES olim, audivere FRANCONIAE DVCES, quod ditionem in Franconia possiderent principe non indignam. Quapropter abstinere etiam solent ipsi imperatores Austriaci a verbo DVCIS, contenti nomine *principis Sueviae*.

§. XLIII. Vti vero non memini vestigii alicuius LANDVOGTIAE IMPERIALIS, *dess Kayserlichen landgerichts* sub SVEVIAE DVCIBVS, quibus *comites* paruerunt cum iisque etiam provinciae illius iudicia omnia: ita, extincto DVCATV, *iudicii imperialis* in hac provincia fit mentio passim. Nam an. 1305. ALBERTVS I. imperator in privilegiis, *Babenhusano* coenobio indultis, eximit illud, ut verba diplomatis habent: *a dominatu, iurisdictione, auctoritate & iugo* ADVOCATORVM NOSTRORVM PROVINCIALIVM *omniumque nostrae maiesta-*

Discerpto DVCATV an. 1268. qui suborta LANDVOGTIA?

tis officialium. Quod *Christ.* BESOLDVS *in docum. rediviv. p. 397. 398.* iure fidenterque accipit *von denen Kayserlichen landvögten in Schwaben.* Quorum tamen isto tempore plures nominantur, *comes Würtenbergicus* in *Suevia*: dynasta de *Ochsenstein* in *Brisgoia*: Henricus de *Liechtenberg* in *Alsatia*, si fides est CRVSIO *part. III, lib. 5. c. 15.* Quibus *Oetingensem* comitem quarto loco addit MVLZIVS in iure publico. Sane in vernacula LVDOVICVS IV. imperator an. 1331. mandat in Suevia: *dess reichs getreuen* LANDVOEGTEN, *vogten*, cetera. Et CAROLVS IV. an. 1347. formula utitur ad Suevos eadem: *gebiethen allen unsern und des* REICHS LANDVOEGTEN, *vogten, amtleuten* & qui sequuntur deinceps. Qui libelli extant in *docum. rediviv. monaster. in ducatu Würtenbergico* p. 739. 743. 748. Vbi etiam p. 568. ad an. 1362. fragmentum occurrit: in quo praeses ille provincialis Sueviae audit *der landpfleger des Römischen Reichs in Schwaben.* Vnde esse licet certis: imperiale hoc tribunal in Suevia floruisse inde a temporibus extincti ducatus. Si coniecturis uti licuerit: forte ideo instituit *praetores provinciales* ibidem eodem illo tempore sive RVDOLFVS I. sive ALBERTVS I. ne tot territoriolorum domicelli, in metuendis inde dissidiis, *iudice imperiali* destituerentur (*). Quae etiam tum forte in FRANCONIA causae: quare idem RVDOLFVS I. imperator deman-

(*) Hoc etiam opinatur HEIDERVS *in actis Lindau. pag. 381. die landvogtey ware zur zeit der Herzoge in Schwaben nicht in rerum natura gewesen: sondern erst, nach abgang Conradini. aufkommen.* Iste quidem auctor recte distinguit inter *praesidem* Sueuiae *dem landvogt* atque praetorem *dem landrichter.* Quoniam primo cum iurisdictione nihil est commune: sed tamen est utrinsque una causa, aetas, ratio, origo, auctoritas.

daverit eius generis ſpartam BVRGGRAVIO Noriber-
genſi per Franconiam univerſam (*das Kayſerliche land-
gericht in Francken*), cuius tribunal hodie *Onoldi.*

XLIV. Verum enimvero quicquid cauſae illius
ſit: illud egomet vix adſequor, ulla ratione: *quare
Rudolfus I. eo ipſo, quo* SVEVIAM *rogavit ab ordinibus pro
filio ſuo* RVDOLFO *obtinuitque an. 1282. decreto comitiali;
non ſimul quoque vel adiunxerit* LANDVOGTIAM *vel hanc
eidem pariter demandaverit perpetuo deinceps a principe Sue-
viae exornandam & inſtruendam?* Difficilis apud me fides
eſſet, niſi haec *diplomate* corroborata, quod nullatenus
in dubium poteſt vocari. Nam Sueviae hanc land-
vogtiam ſive tribunal provinciale (*das Kayſerliche landge-
richt*) acceptam ferunt Auſtriaci demum WENCESLAO
imperatori & quidem *pignoris* aut potius *emtionis* iure
cum pacto, eandem *reluendi*, quoties videretur e re
imperatoris aut Germanici imperii. Exhibebimus
contractus tabulam in ultima margine. Cuius ſum-
ma eſt fere haec. Principio WENCESLAVS imperator
agnoſcit, quod in aere ſit *Leopoldi* Auſtriaci ducis
40000. aureorum, Florentinae monetae. Deinde il-
lius fidem officiaque extollit, exhibita cum illi, tum
parenti. Hinc *utramque landvogtiam Sueviae* utriusque
ſuperioris & *inferioris* pignoris lege eidem defert. Ad-
ditque cenſus imperiales 6526. florenorum annuatim
accipiendos ex urbibus *Auguſta* & *Gienga.* Præterea
feudorum, ſi quidem imperio fuerint aperta redditaque
vacua, per Sueviam omnem largitur ſpem ſuccedendi
Auſtriacis. Porro poteſtatem tribuit iiſdem ſimul rel-
uendi, quicquid in Suevia oppigneratum fuerit, ab impe-
ratoribus imperioque. Tum nefas ſit, reluere landvog-
tiam

Sueviae LANDVOGTIA delata AVSTRIACIS an. 1379. a WENCESLAO.

Epitome DIPLOMATIS an. 1379.

tiam, nisi ipsi imperatori & quae reliqua. Datum munitumque *sigillo regali* FRANCOFVRTI an. CIↃCCCLXXIX.

Iuris quaedam inde *problemata.*

§. XLV. Sunt autem in his aliqua, quae exigunt lumen. Nam uti nihil hic de *provinciali iudicio*; verum de duplici Sueviae utriusque *landvogtia* solum: ita requiri potest; num haec illud teneat sub suo complexu? Nam constat quidem hoc usu: quod *duplex* in Suevia munus & *duo* eius alantur ab Austriaca domo *administri*; quorum unus audit *der* GRAVLANDVÓGT; alter vero *der* LANDRICHTER, quae discrimina plurimis verbis indicata §. 2. 3. superius. Et sane in *Wenceslaviano* contractu nulla mentio *iudicii*. Verum enimvero; cum in CODICE HARVM LEGVM constitutio praefixa cum FERDINANDI I. an. 1562. tum archiducis MAXIMILIANI an. 1618. atque in *prima* utriusque verbi fiat mentio, *als ietziger innhaber der* LANDVOGTEY *und* LANDGERICHTES, instar synonymorum; in altera fines addantur *in* OBERN *und* NIDERN SCHWABEN; deinde eaedem leges his verbis promiscue utantur; LANDGERICHT & LANDVOGTEY sine ullo rerum aut munerum indicato discrimine; post idem privilegium Wenceslavianum de *iudicio provinciali* accipiant; dicatque *landvogtiae* partem singularem *Ernestus* GOCKELIVS *de iurisdict. art. IV.* §. 2. *p.* 29. iureconsultus Suevus; non dubito, diploma quoque accipere de *provinciali iudicio*. Num vero fides danda HEIDERO, *in act. Lindau. p.* 578. qui LANDVOGTIAM valde distinguit a provinciali iudicio (*dem* LANDGERICHT) atque primam tribuit privilegio Wenceslai p. 437 (*);

Num 1) Inter LANDVOGTIAM & LANDGERICHT discrimina?

(*) Heideri verba p. 578. sunt haec: *dass, man bald hiernechst angefangen: nicht allein dem* LANDRICHTER *in* SCHWABEN, *qui tamen in administranda* TOTI

alte-

alterum iuribus *ducis* aut principis Sueviae? quod alibi turbat miscetque iterum? Mea sententia Wenceslavianum privilegium *duo capita* habet. *Vnum* quod censu, reditus, eminentiam & auctoritatem respicit Caesaris vicariam in Suevia: *alterum*, quod absolvitur iure dicundo. Vtrumque verbum habuit meruitque *landvogtu* aut *landvogtiae*. Verum Austriaca domus divisit haec munera & iura indeque etiam distinxit nomina: ut primus vere *landvogt* adpellaretur seu *graulandvogt*: alter acquiesceret verbo *praetoris* audiretque *landrichter*, & munus illius *das Kayserliche landgericht* vel, in vetustiori ac latiori sensu, *die landvogtey*. Addo, quod *Graulandvogt*, praeter res *imperiales*, curet etiam *principales*, coniunctas nunc in eadem domo Augustali. Qui vero, in laudato diplomate, *duae landvogtiae* numeratae (*unser und des reichs* BAIDE *landvogteyen*) inveniuntur? Putaverim respici ad *duas* Sueviae eiusdem oras & tractus, *superiorem* & *inferiorem*. Neque negaverim, munus ideo hoc inter plures fuisse olim divisum non minus. *Praeterea*, quod de reditibus imperialibus Sueviae, sigillatim expectandis e civitatibus AVGVSTA & GIENGA additur, illud non est huius loci & argumenti. Licet *Graulandvogtius* eius generis censibus, deci-

2) DVAE Sueviae LANDVOGTIAE?

3) Sparsa GRAVLANDVOGTII?

PROVINCIAE *institia, comitis antiqui personam repraesentat &* CAESAREVS *immediate iudex audit: ad differentiam des* LANDVOGTES, *qui* DVCIS *siue principis* SVEVIAE *partes seu reliquias sustinere videtur. Neque ingerit se litibus provincialibus, multo minus adpellationis iudicem agit, eben mit solchen nahmen zu vociren oder anzudeuten.* Rancidus & incultus sermo, non constans sibi neque cohaerens ordine. Res ipsa non melior. Nam LANDVOGTIAM *imperialem* esse, p. 437. 438 agnovit, dum adsumpsit de illa Wenceslavianum priuilegium. Ergo frustra hanc facit nunc *ducalem* aut principalem.

mis,

mis, fructibus alijs per Sueviam hodieque gaudere videatur.
4) iura falsum RELVENDI. *Porro* licet *reluendi* iura integra imperatori imperioque reseruata in diplomate: nulla tamen inde pericula Austriacis. Non solum, quod leges etiam in reluitionibus abhorreant a temporis infinitudine & is contractus non tam pignoris sit, quam dominii translati: sed quoniam *quadraginta millia aureorum*, summa fuerat, aeuo Wenceslauiano; quae
5) IVDAEI Caesaris in Sueuia. in auri pretio hodierno, adsurgeret ad myriades. *Tum census* etiam IVDAEORVM (*der leibzoll der Iuden*) adsignatur Austriacis in contractu eodem. Vnde facile patet, Sueuiae ordinibus Caesarem haec iura in dubium vocauisse, statuendi aliquid de *Iudaeis.* Qui tamen hodie pari gaudent hic iure cum aliis ordinibus aliarum Germaniae prouinciarum. Si Würtenbergico olim comiti Iudaeos habere subiectos ideo non licuit: hodie non lubet, quamuis liceat. Addidimus tandem diplomatis *sigillum*, delineatum in aere, sculptum perita
6) *Caroli IV.* AQVILA BICEPS 1368, num sincera? manu. In dextro latere *aquila imperialis* conspicua; verum *simplex.* Sed docuit *dn. praes.* nuperrime in *tom. VII, reliquiarum in append. de aquila bicipite* §. 19. p. 571. quod WENCESLAVS imperator primus *bicipite aquila* sit usus in sigillis siue *imperiali* siue, ut opinabilius, *Brandeburgica.* En! uero CAROLI IV etiam *bicipitem aquilam*; sigillo insculptam, ostenti instar, in FVGGERI *speculo Austr. lib. III. c.* 9. ubi non solum duae aquilae comparent, telamones: sed etiam in dextri lateris scuto *aquila biceps.* Acceptissima imago, dummodo sincera, non fallax. Hactenus certe refero eam inter pictoris aut chalcographi officia & pigmenta. Quod si errorem aliquis eripuerit, gratissimam mihi fecerit rem. Tum enim habuerim nouo argumento, quod in *tom. VII. reliquiar.* §. 18. *p.* 570. primus uidi ac scripsi: BICIPITEM AQVILAM BRANDEBVRGICAM originem fuisse causamque IMPERIALIS, adscitam & donatam demum archisolii iure ab imperatoribus Brandeburgicis.

P. 8. L. 26. pro *unico milliari* lege *quatuor milliaribus.*

ADPENDIX

ADPENDIX MONVMENTORVM, FACIENTIVM AD TRIBVNAL SVEVIAE PROVINCIALE

NVM. I.

RESponsum iuris: NVM FAS SIT IVDICI, MIGRARE FORI MORES ET VETVSTATEM, seculi censu, horridulos, incultos & inanes; sigillatim in iudicio sub dio habendo, dem VVROGER-GERICHT, ordinis Ictorum FRIDERICIANAE mense FEBR. an. CIϽ IϽ CC XXIV.

ALs derselbe uns eine facti speciem nebst drey Fragen und einem volumine actorum zugeschicket, demnach &c. Hat die Stadt H. dießvvegen klage erhoben, dass das gevvöhnliche WROGER-GERICHT nicht an der sonst gevvöhnlichen Stelle, MALSTATT und mallo eines STEINES bey der *wind-mühlen*, vor dem süder-thor, als in der stadt *Weichbild* gelegen; sondern andersvvo bey dem *Feldvogt* und auf des *amts Schöningen gerichts-zwang* gehalten vvorden. Dagegen die Hochf. cammer vermeinet; dass an dieser änderung vvenig gelegen, solche inter res arbitrii gehöre, mit hin die klage als vom zaune gebrochen, aus dem grund der exception tua non interest, vvieder zurück gegeben vverden solle. Und denn solches a iudice nicht attendiret; man sich auf seiten der Hochf. cammer gefallen lassen müssen, mit schrifften abzuvvechseln. Da gleichvvohl die duplic schrift der *cammer* von dem *Hoffgericht* nicht angenommen, sondern mit dem bedenten vviederum zurück gegeben vvorden; dass solche vorhero von aller anzüglichkeit zu saubern. Solchem nach derselbe über nachfolgende fragen, vvas dissfals rechtens, von uns belehret seyn vvill. Und zvvar anfangs:

Ob das hofgericht schuldig die duplic schrifft unverändert vvieder ad acta zu nehmen?

Ob es nun vvohl scheinen mögte, dass in dergleichen schrifften die satyrae von iniuriis zu unterscheiden, und der ersten halben keine schrifft ab actis zu removiren; maßgehends kläger zu derselben durch ihre actionem de lana caprina selbsten anlass gegeben; vveil dergleichen process ohne noth und nutzen ex aerario civitatis geführet vvürde; ferner allenfals die schrifft bey den actis zu lassen, und darüber, vvie vveit sich der concipient darinnen vergangen, rechtliche erkäntniss einzuhohlen; absonderlich da

der

der conceipient factum camerae zu iustificiren suche; vvelchem hierunter um so viel mehr nachzusehen: Dievveilen aber anfangs zu der quaestionirten duplic schrifft und derselben bittern und unbescheidenen expressionen kläger keinen andern anlass, als vvelche die rechte erfordern, gegeben; nachgehends der lis dervvegen nicht de lana caprina zu achten, vveil die stadt ein mercklisches interesse dabey, theils dass selbige dem amte *Schöningen* hierunter nicht, zur ungebühr und vvieder das herkommen, nachgesetzet, und so vvie zur *amts-stadt* mit der zeit gemachet vverde; da doch die städte vor denen ämtern, denen landes-gevvohnheiten nach, den vorzug haben; theils auch dass die delinquirende bürger nicht nöthig, ausser ihrem vveichbild, sich citiren und bestraffen zu lassen; vielmehr die *amts-bauren* ins H. *weichbild* citiret vverden mögen; endlich der landes-brauch u. das herkommen in teutschen gerichten also beschaffen; dass mann selbige ohne nothdringende ursache nicht zu verändern; da sich nun die stadt H. von undencklichen iahren her in quasi possessione befunden, dass das WROGEN-GERICHT auf ihrer fluhr gehalten, sie auch dabey ferner geschützet, und durch unzeitliche veränderung nicht verschmähet vverden muss; Bey vvelchen umständen, da der cammer advocat, nomine eines vornehmen collegii geschrieben, er die sache billig ernsthaffter und bescheidener tractiren und die lächerliche und theils iniuriosae expressiones von *Schöppenstadt* und andern vveglassen sollen; andernfals nichtes erfolgen kann, als dass künfftig aus einem processe zvvey vverden; auch dem Landes-Fürsten daran gelegen, dass die *ämter* so vvohl, als städte in ihren *rechten* und *würden* conserviret vverden; Bey vvelchen umständen denn obige einvvürffe leichtlich vvegfallen, und dem collegio nicht zu verdencken, dass es die schrifft zur säuberung von aller anzüglichkeit vvieder zurück gegeben:

Als halten vvir nicht dafür, dass die quaestionirte duplica unverändert vvieder ad acta zu nehmen.

Zvveytens vvird gefraget:

Ob kläger das gezelt und zu behör zu produciren schuldig?

Ob nun vvohl der advocatus camerae dadurch vieleicht diesen nuzen sich zu schaffen suchet, dass die controuers sich in ein *gelachter* vervvandele; vveil derselbe das *gezelt* vor dem WROGEN-RICHTER so seltsam beschreibet, dass es von vielen stücken auf eine unförmliche vveise zusammen geflicket, auch mit einem *weber-baum* aufgezogen vverde; der stein auch mit koth und mist zugeschüttet, vvelches vor dem *land-richter* oder WROGENRICHTER vvenig ehre gebe, vvenn er sein tribunal auf einem so saubern stein gründen solle:

Dievveilen aber hieselbst die frage gar nicht darüber, ob die stadt H. bessere anstalt zur *gerichts-stelle* zu machen; sondern ob die gerichts-stelle auf H. *weichbild* allezeit gevvesen und ob die H. schuldig, den ort ändern zulassen und durch ihre *glocken* nach der *schöningschen* flur das gericht einzuleiten; nachgehends das letztere von beklagten selbsten nicht geleugnet vverden mag, ausser einem actu, im welchem, da die stadt H. aus besondern ursachen freyvvillig nachgegeben, solches gar nicht als ein precarium auf andere zeiten und fälle auszuziehen: als halten wir dafür; dass die H. nicht schuldig, das unförmliche gezelt und zubehör zu produciren.

Drit-

Drittens wird gefraget:

Ob nicht durch die angelegte constitution vom 31. Mart. 1711. die sub & obreptitie erhaltene resolution vom 29. Ian. 1707. wieder aufgehoben?

Ob es nun wohl scheinen mögte, dass gleichwohl die letztere constitutio 1711. deutlich in dem mund führete, dass die WROGEN GERICHTE, *land-* oder *rügengerichte*, wiederum in eine neue verfassung gebracht, und, zu gewinnung der zeit und erspahrung der unkosten, *zwey* oder *drey ämter* zusammen gezogen werden sollen; da denn nothwendig das sonst gewöhnliche mallum oder MAHLSTAETT verändert oder gemindert werden müssen: Dieweilen aber das erstere rescriptum 1707. singulare ist, welches der stadt H. das mallum iudicii huius wortlich zuspricht; da hingegen das andere nur in verbis generalibus abgefasset, bey welchem umstand ienes diesem in hoc casu vorzuziehen; Nachgehends das letztere nicht von *stadten*, sondern *ämtern* redet, da der princeps freyere hände, als in dem ersteren; ferner dergleichen zusammenziehung hieselbst nicht einmahl geschehen; über dieses wenn solches iemand in seinem i re qua sito und mallo praeiudiciren sollen, der leidende theil darunter vorhero gehöret und, post causae cognitionem, solches abgefasset werden sollen, anderufals die praesumtio a principe, quod ius n ito nolit auferre:

Als halten wir nicht dafür, dass das erstere rescript de anno 1707 durch die letztere constitution albereits aufgehoben worden V. R. W. Datum mense FEBR. 1724.

NVM. II.

Constitutio FERDINANDI I. Caesaris de nouo IVRIS CODICE in Sueuiae LANDVOGTIA facto an. CIↃ IↃ LXII.

WIr FERDINAND *von Gottes genaden, erwöhlter Röm.* KAYSER, *zu allen zeiten mehrer des reichs, in Germanien, zu Hungarn, Böheim, Dalmatien, Croatien, Schlavonien, König, Infant in Hispanien, Ertzhertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgundt, Steyr, Karnten, Crain, und Würtemberg, Grafe zu Tyrol* &c. Bekennen und thuen kundt männiglichen, für uns, unsere erben, und nachkommende innhaber unsers LANDGERICHTS IN SCHWABEN. Nachdem alle *recht, gesatz* und *ordnungen*, umb gemeinen friedens, auch pflantzung willen, guter zucht, tugend und ehrbarkeit fürgenommen, und geordnet seynd, und sich zu erhaltung derselben wol gebührt, die in guten gleichen verstand zu bringen, damit niemand ursach geben werde, das unrecht unter dem schein des rechten zu decken, und solch heylsam recht, und ordnungen zu übertretten, daraus dann das höchst unrecht, und endliche zerrüttung der gesätz auch unordentlich sträfflich leben der obern und unterthanen, fürnemblich aber hohe belaydigung des Allmächtigen erfolgt. Wann wir nun solches an unserm *Kay-serl.*

ferl. gemüth zu mehrmahlen betrachtet, haben vvir aus auferlegtem Ampt, und als ietziger INNHABER DER LANDVOGTEY *und* LANDGERICHTS *in* SCHWABEN gnädigst und vätterlichen bedacht, allen mängeln, missverstand, und andern unrichtigkeiten, mit zeitigem rath, zu begegnen, und denselben durch gebürliche vveeg sonderlich mit auffrichtung und beschreibung einer ordentlichen LANDSORDNVNG so viel möglich abzuhelffen. Derovvegen vvir dann durch unsere sondern hierzu *deputierte räthe, die desselben unsers landgerichts-freyheiten und gebrauch vvol erfahren*, und vvissendt seyn, dasselb kurtz verschiner zeit, alles fleiss *visitieren, reformieren, auch darüber ein* LANDGERICTS - ORDNVNG vergreiffen lassen. Welche vvir folgends ferner mit unsern trefflichen *räthen* mit allem gnädigem fleiss *ersehen, ervvogen*, und in etlichen Articuln *gebessert*, und erklärt, und folgends in hienachgestelter formb, mit zeitigem rath, rechten vvissen, und aus LANDSFVRSTLICHER MACHT, vollkommenheit, auf unser und unsern erben, auch nachkommenden innhabern dises landtgerichts vvolgefallen, gnädiglich bevvilligt, reformiert, erläutert, bestättigt, und publicieret haben. *Geben* auff unserm Königlichen *Schloss zu* PRAAG den andern tag monats *Iulii*, anno *fünffzehenhundert* und im *zvvay* und *sechtzigisten*, unserer *reiche* des Römischen im *zvvay* und *dreyssigisten*, und der andern im *sechs* und *dreyssigisten*.

NVM. III,

WENCESLAI imperatoris diploma, quo SVEVIAE LANDVOGTIAM utramque oppignerat pro 40000, aureis LEOPOLDO AVSTRIAE duci, saluo iure reluendi, an. CIↃ CCC LXXIX,

WIr WENTZLAV *von Gottes genaden Römischer* KÜNIG, *zu allen zeiten meherer des reichs und König zu Böhaimb*, bekhennen und thuen khundt offenntlich mit diesem brieff allen denen, die ihn sehen oder hören lesen: dass vvir uns güetlich verainet und verricht haben, mit dem hochgebohrnen LEOPOLDO, hertzog zu OESTERREICH, unnserm lieben Ohaimb und Fürsten, also, dass vvir ihm und seinen erben, durch der gethreuen *diennst* vvillen, die er unnserm VATTERN seeligen Kaiser CARLEN, *unns*, und dem *hail. reich.* offt unverdrossenlich gethau hat, und noch thuen soll und mag, in khünnfftigen zeiten, von rechter und redlicher schueldt schuldig sein und gelten sollen *viertzig tausennt gulden von Floreuntz*, guet von *golt*, und *schvver* von *gevvicht*. Dafür vvir ihm und seinen erben versetzet und verpfenndt haben, in rechter *pfanndtvveiss* versetzen und *verpfennden*, in crafft diss *brieffes*, *unser* und des REICHS BAIDE LANNDTVOGTAYEN in *obern* und *nidern* Schvvaben, darzue haben vvir ihm empfohlen AVGSPVRG und GIENGEN, die er mit denselben *landtvogteyen* inne

haben

haben foll, als hernach gefchrieben fteht, Vnd haben ihme darzu bevveifet und befcheiden *fechtaufennt fünffhundert* und *fechs* und *zvvaintzig gulden*, die er *yeglichet yahrs* dafelbft aufheben fol, mit allen ftückhen, articuln und punċten, als hernach begriffen ift. Alfo dafs er diefelben LANNDTVOGTEYEN in *obern* und in *niedern Schvvaben*, mit den ehegenannten ftätten *Augfpurg* und *Giengen*, und mit den anndern des *reichsftatten* dafelbft, *clöftern*, *tafern* und *leutten*, mit allen *vvürden*, *eheren rechten*, *korngült*, *getraydt*, und andern zugehörden, als aunder LANDTVOEGT die bisher innen gehabt haben, nutzen, nüeffen und befitzen fol und mag, als vvir felbs. Vnd vvas er darinnen thuet, *das* fol gantz und fteet beleihen, ohn alle vviderred. Auch follen vvir ime der gült und der nutz nicht minder machen, noch die iemanndts annders verfchickhen, die ietzt *lödig* feindt, oder ob unns fürbas in den ehegenanndten *landtvogteyen icht gült von iemanndt lödig* vvürd, die vvir vormals verfchickht und verfchriben hetten, die follen ihm folgen und gefallen. Wir haben ihm auch die befonder gnad gethan, vvär es fach, dafs unns und dem reich in denfelben LANDTVOGTEYEN in *obern* und *niedern Schwaben* von *rittermaftigen leutten*, *bürgern* oder anndern *armen leutten*, die LEHENGVET haben, von *uns* und dem *reich*, icht LOEDIG vvurd, oder an *uns* und das *reich* gefiel oder *gefallen* folte; das haben vvir *ime* und feinen *erben* evvigklichen *verliehen*, und verleihen ihnen das mit crafft dis *brieffs* zu haben und zu befitzen in aller der mafs, als fie die gehabt und befeffen haben, von denen fy unns LOEDIG vvorden feindt, ohn geverde. Auch fol der vorgenannte Her-

tzog LEOBOLDT, unnfer lieber *obaimb*, und feine *erben*, die ehegenannten LANDTVOGTEYEN in *obern* und *nidern Schvvaben*, mit den *ftatten*, als darvor gefchrieben fteht, innen haben und befitzen, und die niemandt zu *löfen* geben. Wir follen auch niemand geftatten noch günnen, dafs die von ihnen *gelöft* vverden: es vväre dann, dafs *vvir felb*, oder *unnfer nachkhommen* an dem reich, die von ihnen mit unnfer felbs *pfenning* und zu unfern hannden *lodigen* und *löfen* vvollen, ohn geverde. Vnd vvann vvir dan die obgenannten BAID LANDTVOGTEYEN, mit fambt den STAEDTEN alfo von im und feinen erben *gelödiget* und *gelöft* haben, umb die vorgefchrieben *fumma* gelts, fo fol er und fein erben, unns und dem reich diefelben LANDTVOGTEYEN, mit fambt den *ftadten* güetlich abthuetten und lödig laffen, ohn all vviderred und ohngeverd. Auch fol der vorgenannt *Hertzog* LEOBOLD und feine *erben* alle YUDEN innen haben in *obern* und *nidern Schvvaben*, und in den obgenannten *ftätten* mit allen zinfen, rechten, fo er die bafs genüffen mag, und vvas er oder feine erben der genieffendt. Daffelb fol *er* oder feine *erben*, unns und dem reich *halbes* raichen und antvvortten, und den andern *halben tail* fol er und feine erben aufheben, und zu ihren nutz vvennden und kheren, nach ihrem vvillen. Wir auch, dafs der ehegenannt *Hertzog* LEOBOLDT unfer *obaimb* und feine erben oder VNDERLANDTVOGT in *obern* und *nidern Schvvaben* gen unns icht beclagt oder befchuldigt vvurden, darumb follen vvir fy güetlich zu red fetzen, und fy gelich [illegible] raichen, und [illegible] eltern [illegible] tan von [illegible]; doch iederman

man an feinen rechten unfchädlich. Auch follen vvir ihm alle YAHR, vor fanct *Martinstag*, als bezeiten umb gevvandliche fteuer und *gült*, QVITTBRIEF geben, dafs fy daran unnferthalben icht gefaumbt vverden. Auch günnen und erlauben den ehegenannten *Hertzog* LEOBOLDEN, unnferm *obaimb* und feinen *erben*, vvas veften, güetter, oder gült, in den ehegenannten LANDTVOGTEYEN, in *obern* und *nidern Schvvaben*, von uns oder uufern vorfordern Römifchen Kaifern oder Khünigen in PFANDTVVEIS verfetzt vvären, dafs fy die *lofen* mügen, vvelche fie vvöllen, und fol damit er und feine erben diefelben *Vöften* und *guetter*, die fy alfo abgelöft haben, innenhaben, und der genüeffen ohn abfchlag, als lang nutz dafs vvir oder unfer nachkhommen an dem *reich* die *erlödigen* und *erlöfen*, umb alfo viel gelts, als die vertfetzt vvaren, dafs er oder feine erben khundtlichen mit den brieffen bevveifen müegen, die über diefelben PFANDTSCHAFFT von unns oder unfern vorfordern geben feindt. Wär auch, dafs unfer VATTER felig, Kaifer CARL, in den obgefchriebnen *landuogteyen* yemanden icht gulden oder yuden *verpfändet* oder *verfchrieben hett*, das vvir nicht vviderrueffen möchten; der oder diefelben follen dabey beleiben, ohn alle hindernufs, nach laut folcher brieff, die fy von unferm *vattern* feligen haben. Mit urkhundt dits *briefs*, *verfieglet* mit unfer KVN. MAI. INNSIEGEL. Der geben ift zu FRANCKFORT auf dem MAIN nach Chrifti gebuert *dreyzehenhundert yahr*, darnach in dem *neun und fiebentzigiften yahr*, an dem negften freytag nach St. Matthias tag, des hailigen *zwölffpotten*, unfers *reichs* des *Böchaimbifchen* in dem *fechzehennden*, und des *Römifchen* in dem *dritten* yahr.

